



Zdigitalizowano w ramach projektu „OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”




2007-2010

Wsparcie udzielone przez
Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię
poprzez dofinansowanie
ze środków Mechanizmu Finansowego
Europejskiego Obszaru Gospodarczego



Zrealizowano
ze środków
Ministra Kultury
i Dziedzictwa
Narodowego





Ms. VII. 46

Dono D. Phil. L. B. de Gelfta 1806.

Bibliotheca Juris Sacerdotum christianae.

Enchiridii Synopsis:
id est
JURIS CIVILIS
Definitiones
Distinctiones, et petitiones
per
Questiones claras, breves et
Doctrinales
Omnes Libros ac Titulos
Institutionum Imperialium
Juxta Seriem et Ordinem
D. Justiniani Imperatoris:
Solidè ac perspicue expla-
nantes, et enucleantes
Compilata ab Authore B. V. et
descripta à C. F. E. de V.
Annò M. DCCCLIX.

Definitiones, Distinctiones
et petitiones, seu quaestiones

JURIS CIVILIS

Omnes Libros, et Titulos
Institutionum Imperialium
brevis et perspicue expla-
nantes, et enucleantes.

Augmentata ad usum Adolescenti-
ae incumbuntibus Juri Civili,
continentes praeaeque ejusdem
Juris Definitiones,
magno studio et
diversis Actori-
bus compi-
latae.

Anno 1759.

Prooemium INSTITUTIONUM

Justinianus Imperator iussit
componi Codicem ex suis Constituti-
onibus, et ex Constitutionibus Praedece-
ssorum suorum. Deinde iussit compo-
ni Digesta, post Digesta Institutio-
nes, hoc facto iunxit eodice in
illum emendari, et edi de novo, et
post edita sunt Novella, sed non si-
mul, idque pro rebus occurrentibus.
Libri quibus Corpus Iuris Civilis
scripti constat, sunt Institutiones,
Digesta, Codex et Novella.

Institutiones sunt legitime sci-
entiae, prima elementa seu fundamenta.

Libri Institutionum sunt quatuor.

Libri Digestorum sunt quinquaginta.

Libri Codicis sunt duodecim, quorum
novem priores tantum explicantur

in Scholis, quia tres priores agunt
de Jure publico, quod privatis personis
non adeo est necessarium scitu: Unde
fit, quod quando citamus aliquam
legem est Libro 10. II. vel duodeci-
mo, Solcamus semper addere nume-
rum Libri.

Institutiones habent eandem autho-
ritatem Juris sive legum, sicut habent
alii Libri.

Differentia inter Jus Canonicum
et Civile sunt haec, quod Jus Canonicum
habeat Principes Ecclesiasticos, Jus Civi-
le Authores habeat Principes Secula-
res: quod finis Juris Canonici sit sa-
pe Salus animae; finis vero Juris
Civilis sit Salus Reipublicae. Deinde
quod Jus Canonicum nulla permittat pecca-
ta, sed e contra Jus civile permittat peccata,
nempe Usuras, concubinatuum, et: Item quod
de Jure Canon: tantum consensus Parentum
requiratur, quoad honestatem ad nuptias liberorum
de Jure Civili requiratur consensus Parentum necessarius.

1.

Institutionum Imperialium

Liber Primus

Titulus Primus.

De Iustitia et Jure.

Quid est Iustitia?

Est constans et perpetua voluntas,
jus suum cuique tribuendi.

Quotuplex est Iustitia?

Duplex. Universalis, et particularis.

Quid est Iustitia Universalis?

Est complexio omnium virtutum Cardinalium veluti Iustitia, fortitudinis, temperantia, et prudentia, quam dicitur habere ille, qui vivit secundum Deum. Divinas, naturales, civiles et Canonicas Ecclesie et talis erat David, de quo Deus dicit: Quod sit vir secundum cor Dei, vocatur autem haec iustitia Universalis perfectissima virtus, quia alias virtutes sub se continet.

Quid est Iustitia particularis?

Iustitia particularis dicitur illa, qua suum

¶ cuique tribuit, et extra agit.

Quotuplex est Iustitia particularis?

Duplex: Distributiva, et commutativa.

Quid est Iustitia Distributiva?

Qua in poenis praemiisque versatur secundum geometricam proportionem.

Quid est Iustitia commutativa?

Qua in rebus ac permutationibus versatur, secundum arithmeticae aequalitatem.

Quid est Iuris prudentia?

Est divinarum atque humanarum rerum notitia iusti atque iniusti scientia.

Quid est Ius?

Est ars agni et boni.

Quenam sunt Praecepta Iuris?

Haec tria: Honestè vivere, alterum non ledere, suum cuique tribuere.

Quotuplex est Ius?

Duplex: Publicum et Privatum.

Quid est Ius Publicum?

Quod utilitatem Reipublicae principaliter respicit.

Quid est Jus privatum?

38

Quod utilitatem singularem Civium principaliter respicit.

In quibus consistit Jus publicum?

In Sacerdotibus, Magistratibus, aliisque personis publicis.

Quid est jus generaliter Sumptum?

Est regula sive preceptum commune jubens ea, quae sunt recta.

Quid est jus propriè Sumptum?

Est decretum generale proveniens ab eo qui summam in Republica potestatem habet, aliquid precipiens, prohibens, vel permit-

tens.

Titulus 2^{us} Jus

De Jure Naturali, Gentium et Civili.

Quid est jus naturale?

Quod natura omnia animalia docuit, nempe rationalia et irrationalia.

Est ne autem juris naturalis propriè haec definitio?

4. Resp: Non, sed tantum descriptio, et si-
gnum aliquod inadeguatum, ex quo collige-
re licet, quod sit Jus naturalis ac ju-
ris Gentium aut Civilis, nam si actus
aliquis fiat à brutis ex instinctu sensi-
tivo, et simul cum ductu recte rationis
tunc iste actus dicitur esse jus natura-
lis, sic procreatio est jus naturalis,
quia bruta ex instinctu sensitivo,
et homines ex instinctu sensitivo,
et cum ductu recte rationis exercent.

An Jus naturale propriè con-
veniat brutis?

Resp: Non, quia Jus naturale for-
maliter et propriè acceptum fundatur
in recta ratione, atqui bruta non sunt
expertia recte rationis, ergo Jus
naturale propriè non convenit brutis.
Vivèro Jus naturale impropriè, et ma-
terialiter sumatur, seu quoad corpora
tunc jus naturale etiam brutis convē-
nit, sic educatio partus brutis quoque
convenit materialiter

An hodie omnia sint dicenda Juris 5.
naturalis, quæ fiunt à brutis et à hoibg.

Resp: Quod non, sed tantum ea, quæ ab
hominibus in genere acceptis fiunt et
ducta recte rationis, et à brutis est
instinctu sensitivo, hinc edere, bibere,
non sunt actus Juris naturalis, licet fi-
ant à brutis et hominibus, sed tantum
sunt actus naturales, quia non fiunt
ab hominibus in genere consideratis
et ducta recte rationis, cum infan-
tes edant et bibant, et tamen careant
recta ratione.

Quid est jus scriptum?

Quod expresso Legislatoris consensu
est introductum.

Quid est jus non scriptum?

Est jus, quod sine scripto venit, quod
que usus approbavit.

Quid est Jus Gentium?

Quod naturalis ratio inter omnes ho-
mines constituit.

6. Quid est Jus Civile?

Quod quisque populus sibi constituit.

Quid et quotuplex?

Duplex. Constat enim scripto aut non scripto. Scriptum autem Jus, est Lex, plebiscitum senatus consultum, principum placita, magistratum edicta, responsa prudentum.

Quid est Lex?

Jure Romano. Est jus quod populus Romanus Senatorio Magistratu inter, rogante, veluti consule constituebat.

Hodie. Est jussio Superioris, singulos Cives in Republica obligans.

Quid Plebiscitum.

Quod populus Rom: plebeo Magistratu interrogante, veluti tribuno constituebat.

Quid senatus consultum?

Quod Senatus jubet atque constituit.

Quae sunt Principum placita?

Sunt constitutiones, quicquid enim Principi placuit, legis habet vigorem.

Quid sunt constitutiones?

7.

Sunt jura ab Imperatore promulgata.

Quotuplices sunt Constitutiones?

Duplices. Generales, et Speciales.

Quid sunt Constitut: generales?

Quae omnes obligant.

Quid Speciales?

Quae dicuntur privilegia.

Quid est Privilegium?

Est jus singulare, contra juris generalis tenorem, administranda aequitatis causa, alicui concessum.

Quotuplex est Privilegium?

Duplex. Reale, et personale.

Quid est privilegium Reale?

Quod rei concessum, eidem immediate cohaeret, et cum illa a quovis possessore transit.

Quid est privilegium personale?

Quod personis concessum, illis immediate cohaeret, et cum persona extinguitur.

8. Quid Rescriptum, seu Epistola?

Est responsum Principis ad relationem aliorum emissam.

Quid est Decretum?

Quod Princeps inter litigantes causa cognita pronunciat.

Quid Edictum?

Est quod Princeps proprio motu omnibus generaliter observandum precipit.

Quid est Mandatum?


Quando Princeps motu proprio ceteris personis, quid injungit.

Quae sunt Praetorum Edicta?

Quae non Suffragio populi, sed à Praetoribus, vi potestatis illis tributa, proponuntur.

Quae sunt Responsa Prudentum?

Sunt Sententiae et opiniones eorum, quibus erat permissum de jure Respondere.



De Jure Personarum.

Quid est Libertas?

Est naturalis facultas ejus, quod
cuique facere libet, nisi quid vi aut
jure prohibetur.

Quid est Servitus?

Est constitutio juri gentium, qua
quis Dominio alieno contra natu-
ram subicitur.

Unde dicuntur Servi?

A Servando: nam occidi poterant
à victoribus

Titulus 4^{us}

De Ingenicis.

Quis dicitur ingenuus?

Qui statim ut natus liber est.

Titulus 5^{us}

De Libertinis.

Qui Libertini?

Qui ex justa servitute manumissi sunt.

Quid est manumissio?

Est datio libertatis, sive de manu
missio. Titulus 6^{tas}

Quibus et causis manumit-
tere, non licet.

Licetne manumittere ex quacunque causa?

Resp: Non, v: g: non licet manumit-
tere in fraudem Creditorum, et mi-
nor viginti annis. n̄ potest manumit-
tere, nisi ex justa causa apud Con-
cilium approbata.

Quidnam dicitur manumittere in
fraudem Creditorum?

Qui dum manumittit non est solvendo,
vel hoc, quod manumittit, desinit esse
solvendo, et animum fraudandi habere,
ditores habet; quod ultimum additur
quia non sufficit status realis, sed
etiam requiritur fraus formalis, quae
in animo sive voluntate est.

Titulus 7^{mus}

De Rege fusia Caninia

tollenda.

Quid est Lex fusia Caninia?

Est Lex, qua constituit aliquem n^o posse manumittere omnes servos, sed tantum certum numerum de certo numero.

Titulus 8^{us}

De his, qui sui vel alieni juris sunt.

Quomodo dividuntur persone?

In liberos et servos. Autem liberi sunt, aut sui aut alieni juris.

Qui nam dicuntur esse sui juris?

Qui non sunt sub potestate patris, vel Domini.

Qui sunt alieni juris?

Qui sunt in patria potestate, vel Domini.

Titulus 9^{us}

De Patria Potestate

Quid est Potestas?

Est ius persona in personam, vel im-

12. perium Magistratus in Subiectos:
vel patria potestas in personis libero-
rum, vel Dominium in persona
serui. Quid est Patria potestas?

Est ius, quod competit patri respectu
filiorum.

Quot ex causis acquiritur patria

potestas?
Tribus: Nuptiis, Adoptione, et Legitimatione.

Titulus 10. =

De Nuptiis.

Cum autem Sponsalia soleant precedere
nuptias, et ergo de illis aliquid prius pro-
mittendum est.

Quid sunt Sponsalia?

Sunt mentio et repromissio futura-
rum nuptiarum.

Quotuplicia ergo sunt Sponsalia?

Duplicia: Sponsalia de futuro, et
Sponsalia de presenti.

Quid sunt Sponsalia de futuro?

Quae fiunt per verba futuri temporis.

v: g: Ego te ducam in uxorem.

13

Quid sponsalia de presenti?

Sunt ipsum matrimonium, quod fiunt per verba exprimentia presentem consensum conjugalem. v: g: Ego te accipio in uxorem.

An qui contraxit sponsalia possit compelli matrimonium contrahere?

Probabile est compelli posse à iudice, qui tamen perspectis circumstantiis, si est coactus matrimonio gravia mala futura videat, non amplius coget.

Quomodo possunt dissolvi sponsalia?

Mutuo contrahentium consensu, propter nimiam absentiam sponsi, per religionis professionem, propter supervenientem gravem et incurabilem morbum, propter supervenientem notabilem sponsae deformitatem, et similem causam, quasi ab initio adfuisse, non promississet.

Quid sunt nuptiae?

Nuptiae sive matrimonium, est viri

14 et mulieris conjunctio, individua
vite consuetudinem continens.

Quomodo dividitur Matrimonium?

Primo in solemne, et clandestinum;
illud subdividitur in legitimum, Ratum,
et consummatum.

Quid est matrimonium solemne?

Quod publice coram facie Ecclesie ini-
tur. Quid clandestinum?

Quod private, et in occulto initur.

Quid legitimum?

Quale est inter infideles, eos qui nun-
quam fidem susceperunt, non quidem
ut sacramentum, sed ut contractus
civilis. Quid est matrimonium Ratum?

Quam primum fidelium contrahen-
tium consensus de presenti est debite
expressus.

Quid est matrimonium consumma-
tum.

Quando intervenit copula carnalis.
Quid requiritur ad justas nuptias?

Resp: 1.^o Conditio personarum, 2.^o etatis, 3.^o habilis, 4.^o consensus, 5.^o ut absit impe-
dimentum.

Quotuplex est impedimentum?

Duplex: Impediens et dirimens.

Quid est impedimentum Impediens?

Quod contractum inire vetat, factum
tamen non irritat.

Quid est impedimentum dirimens?

Quod contractum matrimonium re-
solvit.

Quae nam sunt impedimenta diri-
menta?

Sunt, quae sequentibus continentur verbis:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.

Si de affinis, si forte coire nequibus.

Ex Tridentino.

Si Parochi et duplicis defit praesentia
testis.

Raptaque sit mulier, nec parti reddita.

Antea.

Hac occiunda vetant connubia, facta re-
tractant.

Quae nam sunt impedimenta Impedientia?

16. Quae comprehenduntur sequentibus
versiculis:

Accedente juris dispositione sine
delicto sunt haec.

Ecclesiae velitum, nec non tempus feriatur,
Atque catechismus, sponsalia iungit votum.

Ex delicto:

Incestus, raptus, sponsata mors mulieris
Susceptus propter sobolis, mors praeterlateralis,
Vel si pariter sit solenniter aut moniale m
Accipiat, prohibent haec conjugium sociandum.

Qualis aetas requiritur ad
matrimonium?

In masculis quatuordecim, in feminis
vero duodecim annorum.

Quis consensus requiritur?

1. Contrahentium, quia inter invitos
non inveniuntur nuptiae. 2. Parentum, nam
hoc fieri debere, et civilis et naturalis
ratio loquitur, quae non patitur, ut patri
invito agnoscatur suus heres, secus
autem de. Iure Canonico ubi non requi-
ritur Parentum consensus de necessi-
tate, sed tantum de honestate.

Ad quem gradum prohibentur
nuptiae?

In linea recta usque ad infinitam
in linea vero collateralis usque ad
quartum gradum inclusive de Jure
Canonico, et exclusive de Jure Ci-
vili.

Quomodo computantur gra-
dius consanguinitatis utro-
que Jure?

In linea recta singula persona sin-
gulos constituunt gradus, una persona
dempta; in hac numeratione conve-
niunt Jure Canonico et Civile: at in
collateralis linea discrepant: nam ju-
re Civili singula persona dempto fi-
pitem, singulos gradus constituunt, ju-
re vero Canonico duas semper persona-
lines aequalis numerantur, et illo
jute tantum spectatur, quantum quis
a comuni parente distet, unde jure
Canonico frater a fratre tantum di-
stat uno gradu, eo quod uterque a com-
muni parente uno tantum gradu distet.
Unde tres Regulae; Prima est. In li-

18. nea recta tot sunt gradus, quot sunt
persona stipite de mpto. v. g. à me ad
abavum quinque numerantur persona
ego, pater, avus, proavus, abavus;
hinc igitur inter me et abavum qua-
tuor gradus recensentur, quia una
persona demitur. Secunda regula.
In linea collateralis tot gradibus col-
laterales distant inter se, quod gradibus
à stipite is distat, qui est iis remo-
tius est. v. g. filius consobrini ter-
tio gradu distat à comuni stipite, quia
quatuor persona numerantur, patru-
elis secundo gradu; ergo consobrini
filius et patruelis tertio gradu à se
distant. Tertia Regula in linea col-
lateralis, si neuter longius à stipite
distet, tot gradus inter eos cognatio-
nis recensentur, quot utervis eorum
ab eodem comuni stipite remotus est.
v. g. consobrinus à comuni stipite
distat duobus tantum gradibus, et patru-
elis pariter tantum distat duobus
gradibus; igitur à se invicem eodem seu
secundo gradu.

Dantur ne gradus inter Affines?

Resp: Proprie non dantur, sed improprie ad similitudinem graduum, qui dantur inter consanguineos.

Qualis ergo observatur Regula in computatione graduum inter Affines?

Resp: Hec, quoto gradu est cognatus cognita, eodem gradu fit cognatus cognoscenti, et e contra quoto gradu quis est cognatus cognoscenti eodem gradu fit etiam affinis cognita. Hinc cum Pater et Mater filio sint consanguinei in primo gradu, fiunt etiam uxori filij affines in primo gradu, et sicut frater uxoris mee, uxori mee est consanguineus in primo gradu, ita mihi marito fit affinis in primo gradu, et sicut inter consanguineos matrimonium est prohibitum usque ad 4^{um} gradum, ita inter affines est prohibitum usque ad 4^{um} gradum, si affinitas resultet ex copula licita, id est: ex matrimonio cotam Parocho et testibus inito, Si autem resultet ex copula illicita, tunc est tantum

20. matrimonium inter affines uoque
ad secundum gradum prohibitum.

Quid est consanguinitas?

Est vinculum personarum ab eodem
stipite descendebitum.

Quid est Affinitas?

Est conjunctio unius persone cum
familia aliena mediante matrimonio.

Quid est gradus?

Est distantia unius persone ab alia,
mediante generatione facta.

Quid est linea?

Est scala imaginaria numerandi
gradus consanguinitatis.

Quotuplex est linea?

Duplex: Recta et obliqua, hæc
iterum est equalis et inequalis.

Quid est linea recta?

Quæ est inter ascendentes, et descen-
dentes. Quid est linea obliqua?

Quæ est inter consanguineos colla-
terales.

Quid est linea equalis?

Equalis linea illa dicitur, quando per
sonas, de quarum cognatione quaeritur,
equaliter inter se à comuni stirpe
distant. v. g. frater et soror sunt in li-
nea collateralis equali.

Quid linea inequalis?

Quando persona de quarum cognati-
one quaeritur inequaliter à comuni
stirpe distant. v. g. Frater et filia
sororis sunt in linea collateralis in-
equali, nam à comuni stirpe, id est
à patre uno tantum gradum, filia autem
sororis duobus gradibus distat ab avo.

Quid dicitur communis stirpes?

Resp: Illa persona, à qua utraque
persona, de quarum cognatione qua-
eritur descendit. Sic v. g. frater et soror
habet communem stirpem patrem, quia
ab illo uterque descendit.

Quid est divortium et quoduplex?

Est legitima mariti et uxoris a iudice
competentem iudicem facta separa-
tio, vel quoad vinculum, vel quoad tho-
rum.

An matrimonium dissolvi possit
quoad vinculum?

74. Fidelium consummatum non potest,
nequidem propter haeresim, sicut abpl.
lidium; idcirco fidelium, quia matri-
monium infidelium consummatum
dissolvi potest quoad vinculum, quia
non fuit sacramentum; si unus
conjugum ad fidem conversus, cum
altera infideli manere non possit
sine evidenti periculo peccati.

Cur dicitur et consummatum?

Quia fidelium ratum tantum, per
hoc enim conjuges non fiunt una
caro, adeoque non representat indivi-
duam unionem Christi cum Ecclesia,
potest per ingressum religionis dissolvi.
Quando nam post matrimonium
ratum et consummatum fieri potest
divortium quoad thorum?

Si iusta subsit causa, ut est, 1. Adul-
terium ab altero commissum. 2. Haeresis,
in quam alter conjugum lapsus est. 3.
Seditio conjugis. et. Hoc nota quis
petat divortium ob adulterium, non
debere ipsum committere, quia paria
delicta mutua compensatione
solvuntur.

Quid est Legitimitas?

Est legitimus actus, quo illegitimè
nati efficiuntur legitimi.

Titulus II.

De Adoptivis

Quid est Adoptio?

Est actus legitimus, quo in locum
filij aut nepotis assumitur, qui na-
tura talis non est.

Quotuplex est Adoptio?

Duplex: Specifica, et arrogatio.

Quid est adoptio Specifica?

Quando aliquis adoptatur, qui est
sub potestate patris.

Quid est arrogatio?

Quando adoptatur aliquis, qui est
sui juris.

Quid est unio prolium?

Est pactum, quo liberi diversi matri-
monij ratione successionis et agan-
tur, ac si ex eodem matrimonio
procreati essent.

Titulus III.

Quibus modis ius patrie potestatis
solvitur.

24. Quibus modis solvitur patria potestas?
Varus modis, v: g: morte naturali vel
civili, si quis adoptatus fuerit ab Avo.
Item per quoddam dignitates, v: g: Patri-
ciatus, Consulatus dignitatis aut Sena-
toris.

An potestas patria solvatur per hoc,
quod pater sit captus ab hostibus?

Resp: Non, sed est in suspensio propter
ius postliminii.

Quid est Ius postliminii?

Est ius sive beneficium, quo civis Ro-
manus ab hostibus captus, si fingitur
nunquam fuisse captus, si fuerit re-
versus, atque ita recuperat omnia
sua pristina iura, quasi nunquam
fuisse captus.

Quid si aliquis non sit reversus sed mor-
tuo in captivitate?

Resp: Tunc per fictionem legis Corneliae
fingitur primo captivitatis momento
fuisse mortuus liber.

Quid est Emancipatio?

Est relaxatio patriae potestatis coram
iudice competente, qua fit sola con-
tentione apud Iudicem. Hodie etiam
facile per separatam economiam.

Titulus 13.^{us}
De Tutelis.

Quid est Tutela?

Est vigac potestas in capite libero,
ad suum eum, qui propter aetatem
se defendere nequit, jura civili data
ac permissa.

Quotuplex? Triplex.

Testamentaria, legitima et dativa.

Quid est Tutela testamentaria?

Est quae defertur à patre liberis impube-
ribus in potestate existentibus.

Quid est Tutela legitima?

Quae datur à lege.

Quid est Tutela dativa?

Quae datur à iudice.

Quid est pupillus?

Est impubes omni jure.

Titulus 14.

Qui testamento Tutores dari
possunt.

Potestne filiusfamilias dari Tutor?

Resp: Ita.

26. Quomodo cum videatur inconueniens,
quod ille regat alias, qui adhuc
est sub patria potestate?

Resp: Quia tutela est munus publicum
in muneribus autem publicis non at-
tenditur patria potestas, sed filius fami-
lias habetur pro patre familias.

Potestne Servus Tutor dari testamento?

Ita Servus proprius: nam per hoc
censetur Dominus servum facere li-
berum hominem.

Potestne furiosus, vel minor viginti
quinque annis Tutor testamentario dari?

Resp: Ita, sed tamen tunc solummodo
Tutor erit, quando furiosus compos-
mentis factus fuerit, vel minor factus
fuerit maior.

Potestne dari Tutor certa rei, vel certa
causa, licenti potest dari Curator?

Resp: Non, Quia rationem disparitatis.
Ratio, quia una et individua est Cura-
tor vero datur rebus et negotiis, quae pos-
sunt esse plura.

Titulus 15.

De legitima Agnatorum
Tutela.

Quid legitima agnatorum Tutela? 37

Est, quae deferretur proximis Agnatis,
hodie vero etiam cognatis Specificae.

Quid sunt Agnati?

Sunt cognati per sexum virilem
conjuncti, v.g. Filius, Pater, Avus pa-
ternus. et.

Quid sunt cognati Specificae?

Sunt cognati per sexum femininum
conjuncti ut v.g. Filius, Mater, Avus
maternus, Avunculus.

Quid est Tutela anomala?

Est, quae matri et avio ad secunda vo-
ca non transeunti, deficiente Tutela
testamentaria, ante omnes legitimos
deferretur.

Titulus II.

De Capitis diminutione.

Quid est Capitis Diminutio?

Est prioris status mutatio

In quibus consistit status ille?

In libertate, civitate et familia. Un-
de triplex est capitis Diminutio, nempe
maxima, minor, seu media, et minima.

Quid est maxima Capitis Diminutio?

Quando quis amittit libertatem, et conse-

28. quæter civitatem, et familiam, nempe
quando quis sit servus.

Quid est media capitis Diminutio?

Quando quis retentâ libertate amittit
civitatem, et consequenter etiam famili-
am, nempe quando aliquis deportatus
ad Insulas, five mittitur in Exilium.

Quid est minima capitis Diminutio?

Quando quis retentâ libertate, et civi-
tate amittit suam familiam, nempe
quando quis arrogatur, vel emancipa-
tur. Hodie vero Emancipatio non
est capitis Diminutio, quia non tollit
ius succedendi.

Titulus 17.

De legitima Patronorum
Tutela.

Quid est legitima patronorum Tutela?

Quæ defertur Patrono respectu liberi
si impuberis. Hodie cessat.

Titulus 18.

De legitima Parentum Tutela.

Quid est legitima Parentum
Tutela?

Quæ defertur patri respectu filij impu-
beris.

Titulus 19.

De Fiduciaria Tutela.

Quid est fiduciaria Tutela?

Qua defertur patri, respectu patris sui impubertis emancipati patre jam mortuo, qua hodie legitima est, cum emancipatis competat successio.

Titulus 20.

De Attiliano Tutore, et eo qui ex lege Julia et Titia dabatur.

Quid est Tutor Attilianus?

Est Tutor dativus, qui olim dabatur ex lege Attilia, scilicet à Praetore Urano, vel majori parte Tribunorum plebis.

Quid est Tutor Dativus?

Qui constituitur à Magistratu.

Titulus 21.

De Authoritate Tutorum.

Quid est Authoritas Tutorum?

Est expressa illius negotij, quod cum pupillo geritur, à Tutore approbata.

Titulus 22.

Quibus modis Tutela finitur
Quomodo finitur Tutela?

Varūs modis, v: g: pubertate pupillo-
 rum, item morte sive naturali, sive
 civili pupillorum aut Tutorum.

Titulus 23.

De Curatoribus.

Quid est Cura?

Est potestas administrandi bona illo-
 rum, qui ob ætatis vel mentis defectum,
 rebus suis ipsi superesse nequeunt.

Titulus 24.

De Satisfactione Tutorum
 vel Curatorum.

Quid est Satisfactio?

Est cautio fidejussoria, qua tuto-
 res vel Curatores promittunt rem
 pupilli vel minoris salvam fore.

Titulus 25.

De Excusationibus Tutor-
 um vel Curatorum.

Quid est Excusatio?

Est allegatio impeditenti ob quod 31.
quis à Tutela et cura est immanis.

Quanam sunt iusta impedimenta,
quæ à Tutela vel Cura excusant.

Resp: 1. numerus liberorum trium Ro-
ma, quinque in provincijs. 2. Admuni-
stratio rerum fisci. 3. Absentia Reip-
causa. 4. Potestas seu functio Magistrat-
us. 5. Etiam cum pupillo. 6. Tres Tutela-
e, quæ non ex numero pupillorum
sed patrimoniorum affinantur. 7. Pau-
peras, si quis ob inopiam Tutela Super-
esse nequeat. 8. Valetudo adversa. 9.
Ignorantia literarum, præsertim si con-
currat impeditia negotiorum. 10. In-
militia. 11. Controversia status. 12.
etas vel major 60. annorum, vel mi-
nor viginti quinque annorum. 13. Mili-
tia nisi sit ad militonis libes. 14.
Professio artium liberalium.

Titulus 26.
De Suspectis Tutoribus.

Quid dicitur Tutor Suspectus?

Qui non ex fide Tutelam gerit, licet sol-
venda sit: vel qui moribus talis est, ut

37 Suspectus sit, quod non fideliter tutela
sit gesturus.

INSTITUTIONUM PERFECTUM.

Liber Secundus.

Titulus I^{mus}.

De rerum divisione, et acqui-
rendo rerum dominio.

Quomodo res dividuntur?

Aliae sunt in patrimonio, aliae extra
patrimonium.

In patrimonio, id est, in bonis nostris,
sive in privato hominum commercio.

Extra patrimonium nostrum, hoc est,
extra bona nostra, seu extra privatum
hominum commercium, v.g. Res sanctae,
laicae, Religiosae, publicae.

Quomodo adhuc res dividuntur?

Aliae sunt communes, aliae publicae, aliae
universitatis, aliae nullius, et aliae singu-
lorum.

Quidnam res communes?

Quarum usus communis est omnibus ho-

minibus, cujuscunque sint rationis, 53.
ut aër, mare, littora maris, et aqua
profluens.

Quid sunt Res publicae?

Quarum usus communis est omnibus
hominibus unius Reipublicae seu uni-
us populi, ut flumina et portus, id est
jus navigandi, et piscandi in flumini-
bus et portibus.

Quid sunt res Universitatis?

Quarum usus communis est omnibus
hominibus tantum alicujus municipij,
vel alterius corporis minoris in Repu-
blica, v.g. Theatra, pasqua quaedam
communiae etc.

Quid est Universitas?

Est collectio hominum certis legi-
bus viventium.

Quid sunt res nullius?

Quae sunt extra commercium homi-
num. Res nullius sunt vel potentia
tales, ita ut nec alicujus esse possint;
ut sacra, religiosa, et sancta; vel Acta
tales, quae quidem possunt esse alicujus,
sed in presenti non sunt, ut fera be-
stia.

154
Quid sunt res singulorum?

Quae privatim ad singulos pertinent, et
acquiruntur singulis; ut res, quae sunt
in cuiusque patrimonio.

Quid sunt Res Sanctae?

Quae adversus hominum injuriam mu-
nita sunt lege aliqua poenali, ut portus
et muri civitatis.

Quid sunt Res Sacrae?

Quae iure per Pontifices Deo sunt con-
secrata, ut Aedes Sacrae.

Quid sunt Res Religiosae?

Quae Sepeliendis cadaveribus huma-
nis sunt destinatae.

Quid locus Religiosus?

Est locus Sepeliendis cadaveribus
humanis destinatus.

Quid Dominium verum?

Est ius libere de aliqua re disponendi
tquam sua; nisi quis vi aut jure
prohibeatur.

Quotuplex est Dominium?

Duplex. Directum et utile.

Quid est Dominium directum?

Quod habet proprietarius.

Quid Dominium utile?

Quod habet Vasallus et Emphyteota.

Quanam sunt partes Domini?

Proprietas et usus fructus causalis.

Quid est usus fructus causalis?

Est jus utendi et fruendi rebus propriis.

Quid est proprietas?

Est quo res dicitur nostra propria.

Quanam sunt affinia Dominio?

Quasi Dominium, et jus in re Specifium.

Quid est quasi Dominium?

Est jus quod habet bona fidei possessor.

Quid est jus in re Specifium?

Est jus quod habet creditor respectu pignoris, seu in pignore.

Quid est Occupatio?

Est apprehensio earum rerum, quae aut in nullius fuerit dominio, neque defacto dominium habent.

Quid est alluvio?

36. Accro: Est incrementum latens, quod si
vino aliquis agro alicujus adiecit.

Quid est Insula?

Est locus aliquid circumfluit.

Quid est Specificatio?

Est confectio nova speciei.

Quid est confusio?

Est conjunctio rerum liquidarum
vel liquefactarum.

Quid est mixtio?

Est conjunctio rerum solidarum, si
versorum Dominorum materia fuerint
confusa.

Quid est bona fidei possessor?

Qui bona fide rem à non domino
accepit.

Quid est bona fides?

Est ignorantia rei alienae.

Quid est justus Titulus, sive justa causa?

Est Titulus naturâ suâ translativus
dominii.

Quid sunt fructus?

Sunt emolumenta, quae proveniunt
ex ipsa re, vel ex occasione rei.

Quid sunt fructus naturales?

Qui proveniunt ex ipsa re, ut poma, pyra. et.

Quid sunt fructus civiles?

Qui proveniunt ex occasione rei: non autem ex ipsa re, ut annuus redditus, mercedis edium, et.

Quid sunt fructus naturales

Specifici?

In quarum productione natura habet precipuas partes, ut fœnum, vinum, et.

Quid sunt fructus industriales?

In quorum productione opera, et industria hominum precipuas partes habet, ut lana, Argetes.

Quid est Colonus?

Est conductor prædii rustici.

Quid est Thesaurus?

Est vera depositio pecunie, cujus non est altera memoria.

Quid est Traditio?

Est actus, quo res corporalis à domino, titulo ad transferendum dominium

38. habili, in alium acceptantem trans-
fertur.

Quomodo dividitur Traditio?

Resp: In veram et fictam.

Quid est Traditio vera?

Quando res actualiter traditur et
apprehenditur. v: g: rem mobilem de
manu in manum transferendo: imo,
bilem vere, inducendo in possessionem
odium, fundi. et: imo et permitten-
do, ut quis per se rem capiat, aut in
possessionem rei immobilis veniat.

Quid est Traditio ficta?

Que intervenire fingitur vel ex
nuda voluntate perfectionem bre-
vis manus, veluti si rem, quam
alicui commodavi, aut locavi, postea
vendi ipsi aut donavi. vel ex signo
aliquo, ut est traditio clavium in
conspectu horrei vel cellae facta, ap-
positione custodis, traditio instru-
menti, quâ ipsa res tradita censetur,
obsignatione in specie cum trabes
et signa signantur, jactione missilium.

Quid est Possessio?

59.

Est detentio alienius rei animo seu effectu dominanti.

Quotuplex est Possessio?

Duplex. Propria et impropria.

Quid est possessio propria?

Est detentio rei corporalis.

Quid est possessio impropria?

Est detentio rei incorporealis, uti servi-
tutis ususfructus, aqua ductus, et. quod
etiam aliter dicitur quasi possessio.

Quomodo adhuc dividitur possessio?

Resp: In naturalem tantum, et in na-
turalem et civilem simul.

Quid est possessio naturalis tantum?

Est detentio rei animo affectionisque
possidendi citra animum dominij, hoc est:
quando quis possidet rem aliquam, et in
illa non pretendit habere dominium
dicitur illam rem possidere naturaliter.
v. g. Creditor possidet pignus naturaliter,
quia illud non possidet animo dominij,
sed tantum insistit illi naturaliter propter
securitatem sui crediti.

Quid est possessio naturalis et civilis
his simul?

40. Resp: Est Defectio rei animo, affectio,
reque possidendi, sive sibi, aut suo nomi-
ne habendi iure domini. v: g: emi bona
fide rem aliquam, in ista re dicor habere
possessionem naturalem et civilem simul
tamen legi possessor.

Quid est constitutum possessorium?

Est pactum, quo in translatione rei
mea constituo, me illam in posterum
alieno nomine velle possidere; v: g:
Si venderem rem meam, quam statim
ante traditionem ab emptore conduco
rem, tunc diceret illam alieno nomine
possidere.

Quid est contractus Societas?

Quando quædam pro levi pensione alteri
in usum fructum conceditur, ut is si-
mul periculum sustineat. Lysan. l. 1. §.

Titulus 2. =

De rebus corporalibus et in-
corporalibus.

Quid sunt res corporales?

Quæ ex natura sua tangi possunt,
ut vestis, lapis, etc.

Quid sunt res incorporales?

41.

Quae ex natura sua tangi non possunt, ut igitur, via, actio, obligatio, Servitus, iurisdictio, et.

Quomodo dividuntur res corporales?

Resp: In mobiles, et immobiles: Haec item vel natura tales, vel iuris intellectu.

Quid sunt res mobiles?

Quae naturā ex jure de loco in locum salva moveri, et commodē transferri possunt. ut Pecunia.

Quid sunt res immobiles?

Quae de loco in locum citra rei corruptionem moveri non possunt.

Quid sunt res immobiles natura tales?

Resp: Sunt res soli. e. g: fundus, lapides, et.

Quid sunt res immobiles iuris intellectu?

Resp: Sunt mobilia certo in loco perpetui usus gratia collocata. v. g: quae confecto inventario apud bonum, villam, vel domum semper et necessitatio manere debent.

Titulus 2. =

De Servitutibus Praediorum.

Quid est Servitus hic?

Est jus in re aliena ad usum alterius

4^{to}. vel prædij vel persone, præter ejus naturam constitutum.

Quid est Servitus realis live prædialis?

Qua debetur prædio, id est: qua ad utilitatem persone principaliter constituta est, ut iter, actus, et.

Quid est Servitus personalis?

Qua debetur persone, id est, qua ad utilitatem persone principaliter constituta est, ut usus, et usufructus.

Quotuplex est Servitus prædialis?

Duplex, rustica, et urbana.

Quid est Servitus Rustica?

Qua debetur prædio rustico, ut iter, actus, via, aqueductus et.

Quid est Servitus urbana?

Qua debetur prædio urbano, ut Servitus stillicidij, fluminis, ligni immittendi, oneris ferendi, altius non tollendi.

Quid est prædium?

Est res corporalis immobilis.

Quotuplex est Prædium?

Duplex. Rusticum, et Urbanum.

Quid est Gradum Rusticum?

43

Quod concipiendorum vel conservando-
rum fructuum causa comparatum est,
ut agri, pascua, horrea.

Quid est Gradum Urbanum?

Est quodlibet edificium inhabitandi, nego-
tiandi, vel recreandi causa comparatum.

Quid est Iter?

Est jus eundi, ambulandi hominis, non
etiam agendi jumentum, vel vehiculum
per fundum alienum.

Quid est Actus?

Est jus agendi, vel jumentum, vel vehi-
culum per fundum alienum.

An ille, qui habet actum habeat
etiam iter?

Resp: Ita, quia id, qui concedit quod
majus est, dicitur etiam concedere
quod minus est.

Quid est Via?

Est jus agendi jumentum, vel vehicu-
lum, per fundum alienum, et etiam eun-
di, ambulandi hominis.

Quid est Aqueductus?

Est jus aquae ducenda per fundum ali-
enum.

Quid est Servitus Stillicidii?

Est servitus quâ vicinus debet aquam pluvialem ex aëribus vicini quâdam cadentem, recipere in fundo suo.

Quid est Servitus Fluminis?

Est servitus quâ vicinus debet aquam pluvialem per canalem ex aëribus vicini cadentem, recipere in fundo suo.

Quid est Servitus Signi imittendi?

Est ius quo vicinus debet pati signum vicini qui imponi parieti suo, vel columnæ suæ.

Quid est Signum?

Est quævis materia, ex qua fiunt aedificia, ut lapides, ligna, stramenta, et similia.

Quid est Servitus oneris ferendi?

Est servitus sive ius, quo vicinus cogitur sustentare signum vicini.

Quid est Servitus altius non tollendi?

Est servitus qua vicinus prohibetur edificare ultra certam altitudinem.

Quibus modis acquiritur servitus?

Respondo Illis modis, quibus acquiritur dominium in

in re aliena, ius etiam acquiritur ferri, 45
tus; scilicet per contractum, testamen-
tum, et prescriptionem.

Titulus 4^{us}
De Usufructu.

Quid est usufructus?

Est ius alienis rebus utendi, fruendi,
salvâ earum substantiâ

Quibus modis finitur usufructus?

Variis modis; scilicet morte usufructuarii,
et duabus capitibus diminutionibus, maxi-
mâ scilicet, et mediâ, non utendo, vel male
utendo, cedendo, seu abdicando, rei interitu,
et consociatione.

Titulus 5^{us}

De Usu et Habitatione.

Quid est usus?

Est ius alicuius rebus utendi ad necessa-
riâ vitæ subsidia, salvâ earum substan-
tiâ.

Quid est habitatio?

Est ius habitandi in aedibus alienis, salvâ
ipsarum substantia; cui ius locandi cohe-
ret per l. 15. Cod. de Usufruct.

Titulus 6^{us}
De Usucapionibus et longi temp: Prescripti-
onibus.

Quid est Usucapio?

Est adjectio domini, per continuatio-
nem possessionis lege definiti.

Quanam sunt præcipua requisi-
ta ad usucapionem?

Resp: Bona fides, iustus Titulus, con-
tinua possessio, tempus à lege definitum,
et ut res sit talis conditionis, ut usuca-
pi possit.

Affigna aliquas res quæ non possunt
usucapi. Resp: quæ sunt exempta
comercio hominum, v. g. Res sacre,
sancta religiosa, et.

Quodnam est tempus ordinatum
requiritum ad res usucapiendas?

Resp: Ad res mobiles requiritur trienn-
nium; ad immobiles vero decennium,
vel vicennium, scilicet decennium in-
ter presentes, et vicennium inter absen-
tes.

Quinam hic dicuntur presentes?

Qui habitant in eadem provincia.

Quinam hic dicuntur absentes?

Qui habitant in diversis provinciis.

Quare res mobiles citius usuci-
piuntur, quam immobiles?

47
Resp: Quia res mobiles citius consumuntur⁴⁷
vel pereunt, quam immobiles.

Quare res immobiles citius usufruuntur
inter presentes, quam inter absentes?

Quia committitur major negligentia
a presentibus, quam ab absentibus.

Quo tempore debet bona fides adesse
in usufruptione?

Resp: De Jure Canonico à principio
usque ad finem; sed de Jure Civili suff.
fidit eam adquisisse in principio.

Siquis post impletam usufruptionem
intelleverit fuisse rem alienam, an
teneatur eam restituere, saltem
in foro conscientie?

Resp: Non, jam non est amplius ali-
na, sed publica legum auctoritate jam
nostra facta.

Titulus 7.^{mus} De Donationibus.

Quid est donatio?

Est liberalitas nullo jure cogente
facta.

Quotuplex est donatio?

duplex. Mortis causa, et donatio in
vivos.

Quid est donatio mortis causa?

Est actus, quo mortalitatis cogitatione moti, in eventum mortis nostrae rem in alium acceptantem transferimus. Quid est donatio inter vivos?

Est pactum legitimum, quo quis nullo jure cogente, ex sola animi benignitate, aliquid alteri promittit, vel remittit.

Debetne necessario in donatione mortis causa fieri mentio mortis vel periculi?

Resp: Ita, nam alias esset donatio inter vivos, etiam si fieret ab eo, qui in extremis constitutus est.

Quomodo differt donatio mortis causa à donatione inter vivos?

Resp: Quod donatio inter vivos statim perfecta sit, et effectum suum habeat. Donatio vero mortis causa confirmatur solum per mortem: deinde inter vivos non licet donare ultra quingentos solidos absque infirmatione; mortis causa vero donare licet quantum placuerit etiam sine infirmatione. Item donatio mortis causa revocatur saltem peni-

tertiā, vel premoriente donatario, 49.
non autem Donatio inter vivos.

Quibus modis revocatur Donatio
inter vivos?

Resp: Propter supervenientiam li-
betorum et propter quinque causas
ingratitude, continas in lege ulti-
ma codicis de revocandis donationibus,
quæ his binis versibus exponuntur:

Ingratum faciunt: atrox injuria, damnum,
Impia delecta, fides fracta, pericula necis.

In quibus conveniunt Donatio
mortis causa et legatum, et
in quibus differunt?

Resp: Conveniunt in eo, quod utrumque
confirmetur tantum per mortem, et
quod utrumque revocetur solā poeni-
tentia, vel premoriente donatario:
deinde quod utrumque requirat quinque
testes, item quod ea utraque detrahatur
quarta falsicia,
Differunt autem in eo, quod legatum
consistat solius legantis consensu, Do-
natio verò mortis causa, requirat etiam
donatorii consensum: deinde quod lega-
tum post mortem legantis prodestur
ab heredibus; Donatio verò mortis

50. causā plerumque etiam presenti st-
ditione peragatur. Item quod filius,
familias, patre consentiente, do nati-
posuit mortis causā sicuti et inter vi-
vos non autem legare.

Quid est Donatio propter nuptias?

Est donatio, quæ fit uxori ex parte
mariti in securitatem dotis.

Quid est Dotalitium?

Est usus fructus à marito, in bonis
suis, uxori in compensationem dotis
post mortem suam constitutus. Do-
talitium autem dotem poenitus absor-
bet. Quid est Dos?

Est quavis res data, aut promissa
marito ex parte uxoris ad sustentan-
da onera matrimonii.

Quomodo dividitur dos?

In Profectitiam, et adventitiam.

Quid est Dos profectitia?

Quæ à patre profecta est, de bonis vel
facto eius, quam officii paterni ratio
dare pater cogitur, pro filia, maritiq-
ue dignitate, modoq-ue facultatum, et nu-
mero liberorum.

Quid est Dōs Adventitia?

Qua non à patre, sed aliundē venit.
v.g. à matre, avo materno, fratre, et alio
quovis.

Quid est Sponsalitia largitas?

Est donatio, qua à Sponso fit Sponsae
ad amorem conciliandum, qua vocatur
germanicē Morgengab, Aut quāda,
Aut in pretium virginitatis secundo
nuptiarum die.

Quid sunt bona Paraphernalia?

Sunt illa bona qua uxor marito pro
ter dotem tradidit.

Quid sunt bona Receptitia?

Sunt ea bona, qua uxor marito non
tradidit, sed sibi pro sua dispositione
reservavit.

Titulus 8^{us}.

Quibus alienare licet vel non.

Quid est alienare?

Est dominium alicujus rei transferre.
Potestne maritus fundum dota-
lem obligare, aut alienare, si
uxor consentiat?

Resp: Non. quamvis ipse sit dominus
Fundi dotalis.

Quale Dominium h't maritus in dote?

54. Resp: Dominium Civile, et uxor na-
turalis

Quid est dominium Civile?

Est illud, quod iure civili acquiritur
quod sunt res et dominium quod
habet maritus in rebus dotabilibus.

Quid est dominium naturale?

Quod est iure nature seu gentium
descendit, quod dicitur habere uxor
in rebus dotabilibus

Titulus. 9.^{us}

Per quas personas nobis acqui-
ritur.

Per quas personas acquirimus
Dominium?

Resp: Non tantum per nos metipso
sed etiam per seruos nostros, et per li-
beros in potestate nostra existentes
item per servum alienum, in quo ha-
bemus usum fructum, vel qui bona
fide nobis servit: item per liberum
hominem, qui bona fide nobis servit

Acquiratur ne homine nobis: aliquo
per nostros seruos gleba adscripti.

Resp: Nihil nobis acquiritur prater laborem

et operas, quas nobis locarunt, sed omnia
ibi acquiritur. 54

Quid acquirit Pater per filium
in potestate existentem?

Resp: Peculium profectitium, et usum,
fructum peculii aduentitii.

Quid est peculium?

Est illud quod filius familias vel servus
ex permissione patris vel Domini, vel iuris,
à rationibus paternis vel dominicis se
paratum habet.

Quotuplex est peculium?

Duplex; Aliud est Filii familias. Ali-
ud est servile.

Quid est peculium Filii familias?

Est illud, quod filius familias ex pro-
missione Patris, à rationibus paternis
separatum habet.

Quotuplex est peculium Filii familias?

Quadruplex: Profectitium, Adventi-
tium, Castrense et quasi castrense.

Quid est peculium Profectitium?

Quod filius acquisivit ex rebus pater-
nis, sive ex parte patris. v. g. si Pater vel
Avus paternus aliquid dederit filio, vel si fi-
lius successerit Avovi paterno.

Quid est peculium Adventitium?

Quod non est re patris, sed aliunde filio vel fortuna beneficio, vel per opera obvenit.

Quid est peculium castrense?

Quod filius familias occasione armate militiae acquisivit, et si non militaret, acquisiturus non fuisset.

Quid est peculium quasi castrense?

Quod occasione togatae militiae, seu per artes liberales, filio honeste est acquisitum.

Assigna aliquem modum acquirendi Domini universalem, seu per universitatem. Re. Hereditas, bonorum patris, Arrogatio, Adiectio libertatibus conservandorum causa.

Quid est Hereditas?

Est Successio in universum ius, quod defunctus habuit tempore mortis.

Quotapo test?

Duplex. Testamentaria, quae ex testamento datur, et legitima, et ab intestato.

Titulus 10.

De Testamenti ordinando.

Quid est Testamentum?

55.

Est voluntatis nostra iuxta sententia
de eo, quod quis post mortem suam fieri
vult.

Utrū appellatur testamentum?

Est eo, quod quidam sit testatio men-
tis.

Quomodo dividitur Testamentum?

Resp: In publicum, et privatum.

Quid est testamentum publicū?

Quod fide et auctoritate publica sive
publico testimonio munitum est. Et illud
fit si ultima voluntas vel precibus inser-
ta Principi offeratur, vel si ejus sententia
referatur, et in iis usque ad mortem testa-
toris adservetur: vel Actis cujusvis
Iudicis aut municipium inhiunctus,
et tunc neque testes neque alia solen-
nitas desideratur.

Quid est Testamentum privatum?

Quod privata fide munitum, et fit
quando privatorum auribus sive
una voluntas committitur.

Quomodo dividitur Testamentum
privatum?

Resp: In scriptum, et nuncupativum.

56. Quid est Testamentum Scriptum?
Resp: Quod fit per scripturam.

Quid est testamentum nuncupativum?
Est, quod est sine scriptura & testibus
convocatis.

Quoniam sunt requisita testamen-
ti Scripti?

Resp: Ut Testator testamenti factionem
habeat, ut vel ipse vel ejus nomine
alius Testamentum in scripturam re-
digat, ut Septem testes idonei adhibean-
tur, ut Septem illi testes specialiter
adinterrogentur, ut eorum testibus testa-
tor edicat scripturam illam suam volun-
tatem ultimam contineri, ut testes
subscribant, et testamentum subscri-
gant, ut testator subscribat, nisi for-
se testamentum sit holographum
h. e. ipsius testatoris manu scriptum
ut pro testatore scribere nesciente octo
viri testes subscribat, ut haec omnia
uno actionis contextu fiant, neque
actus extraneus interscatur, ut ha-
ereditas institutio nominatim fiat, quod
testamenti totius fundamentum
est.

57.
An testamentum nuncupativum
regulat omnes solennitates Testa-
menti scripti?

Resp: Ita: exceptis iis, quæ ad scriptu-
ram pertinent, ut est scriptum subscrip-
tio et signatio

Quid hoc significat Testamentum
fieri unico contextu?

Est sic fieri, ut non interveniat aliquis
actus instabilis extraneus.

Quid est actus extraneus?

Qui est alienus à Testamento.

Quid contractum qui non est extraneus.

Resp: Emptio lapidis sepulchralis.

Quinam possunt esse testes
in Testamento?

Resp: Illi, cum quibus testamenti factio
est, id est, illi qui possunt institui hære-
des; sed ab illa regula aliqui excipi-
untur, ut femine, Latrones, impuberes,
furiosi, muti, surdi, prodigi, quibus
bonorum administratio interdicta est.

Quare femine non possunt esse
testes in Testamento, cum bene
possint esse testes in aliis negotiis?

Resp: Quia ad solennitatem testamenti requiritur,
ut sint mascululi.

Potestne Pater esse testis in Testamen-
to filii sui, aut frater in Testamen-
to fratris, qui eundem patris
potestate cum eo consistit?

Resp: Non, quia hac in re prohibitum
est testimonium domesticum.

Quid est Testimonium domesticum?
Est Testimonium eorum, qui patris
potestate iunguntur.

Quotuplex est adhuc testamentum?

Resp: Aliud solenne, et aliud non
solenne seu privilegiatum.

Quid est Testamentum solenne?
Quo heredis nomen scribitur, quod
Septem testium presentium subscriptio-
nibus, nec non signaculis unico
contextu celebratur.

Quid est Testamentum non solenne
seu privilegiatum?

In quo ista solennitates à iure civili in-
verba remittuntur, v. g. in Testamento
militari, in testamento paterno inter
liberos, item in testamento ad pias
causas quando aliquid Ecclesie Scholis,
Hospitiis, pauperibus et relinquitur,
in testamento rusticorum admittuntur 5.
testes, in illiterati, si pluri aut peritorum copia non sit.

Quoniam solennitates observari debent 59.
in testamento Cocci?

Resp: Sequentes solennitates, quae his
versibus sequentibus comprehensa sunt:
Nuncupet heredem, cum septem testibus ad sit
Nuncius, et cunctis octo dicat sine scriptis,
Quod testari velit, specialiter exprimat, heres
qui sit, quoque gradu, & munere gaudeat ille,
Exprimat annos etates clares, et quaecunque legata,
Nuncius haec scribat septem praesentibus iustis
Testibus, hi pariter subscribant, denique signent
Nuncius et Testes, hic si nuncius possit haberi,
Octavus testis faciat, qd Nuncius ante.

Titulus II.

De militari Testamento.

Quid est Testamentum militare?

Est testamentum factum à milite in expeditio-
nibus existente.

Quid est testamentum paganicum?

Est testamentum factum ab alio quàm
à milite, in castris sive expeditio-
nibus existente.

Potestne miles surdus & mutus testari?

Resp: Ita.

An Testamentum militare valeat in
postquam miles missus est militia?

60. Resp: Ita, adhuc per unum annum, modo
scilicet honeste misus sit, non ejectus.
Titulus 12.

Quibus non est permiscum facere
Testamentum.

Quinam possunt facere Testamentum?

Resp: Omnes Patres familias, qui non re-
peruntur prohibiti.

Quare dicuntur Patres familias?

Quia test duodecim Tabularum solis Pa-
tribus Familias permittit testamenti
factionem.

An filius familias possit facere testa-
mentum saltem cum consensu patris?

Resp: Non, quia testamenti factio est
iuris publici, privatorum pactis Iuri
publico derogari non potest.

An Filius familias possit facere te-
stamentum de aliquibus saltem
bonis?

Resp: Ita. De bonis Castrensibus
et quasi castrensibus.

Quinam Patres familias prohibentur
facere Testamentum?

Resp: Impuberes, furiosi, Prodigii, quibus
administratio bonorum interdicta est.

Titulus 13.

De Exheredatione Liberiorum.

Quid est Exheredatio?

Est exclusio alicujus ab universo jure hereditario.

Quid si filius fuerit praeteritus, id est
neque heres institutus, neque ex h.
sedatus nominatim?

Si sit praeteritus à Patre, testamentum est ipso jure nullum; si vero praeteritus sit à Matre, tunc testamentum quidem ipso jure validum, sed est abrogatum rescissioni per quaedam inofficiosi testamenti.

Debentne omnes Liberi nomina
tim exheredari?

Resp: Ita hodie, sed olim tantum filium debebant nominatim exheredari, filii vero et nepotes poterant inter ceteros exheredari.

Quis dicitur nominatim exheredari?

Resp: Qui exheredatur ex proprio nomine proprio, vel per certam demonstrationem designatur, v: g: Filium meum Iohannem exheredo: vel sic filium meum Iudiosum exheredo, si nempe tantum habeat unum filium Iudiosum.

62. Ex quibus causis Liberi possunt exheredari
a parentibus?

Resp: Hodie tantum ex quatuordecim
sentis in Novella 115. Cap. 3., quae sequuntur
versibus sunt comprehensa: v. g:

Bis Septem ex causis exheres filius esto
Si patrem feriat, vel maledicat ei.

Carcere detrahatur, si negligat aut furiosus

Criminis accuset, vel patet infidus.

Si dederit damnum grave, si nec ab hoste redierit

Testatur velle, se societate malis,

Si memos sequitur, vitioque cubile paterni

Non orthodoxus filia si meretricis.

Ob quas causas Parentes à liberis suis

etiam in potestate existentibus successi-

one privari possunt, si nempe

de castrensi vel quasi pecunio

testantur.

Resp: Ob illas causas versibus
sequentibus contentas: v. g:

Si capitis natum pater a consaverit, ejus

est ut avita infidias clāmbe palāmbe

liveque cupidum Lecta novissima mentis

Proderet. Nec veritus temerare. Aurum.

Si Pater, aut genitrix tibi facta scelereste min-

Fulera nec ad nati claustra furentis eant.

Filius auxilio, si non patris hostica lingua

Camina, si genitor nomen inane colat.

Propter quas causas Frater fratrem
etiam huius personam instituta
recte ex hereditat.

Resp: Ob sequentes causas, quae expo-
 nuntur his verbis: v: g:

Est à fratre tribus, frater depellitur Puti
Signis hunc sociis v. stuit infidias
Vel si actura rem sibi moverit unquam.
Posunt ne Liberi ex hereditari

Subconditione?

Resp: Non, quia certo iudicio debent
 ex hereditari. Hoc autem non fieret si ex
 hereditatio penderet ab incerto conditio-
 nis eventu.

Titulus 14.

De Heredibus instituendis.

Quid est institutio heredis?

Est designatio heredis per ultimam
voluntatem facta, v: g. Titius heres esto.

Quid est Heres?

Est Successor in universum ius defuncti.

Quot personas possumus instituere
heredes?

Resp: Tot, quod plaquerit.

In quot partes dividitur hereditas?

Resp: In duodecim partes, sive uncias.

64. Quoniam sunt partes hereditatis.

Resp: Unica, Sextans, quadrans, Triens, Quintunx, Semis, Septunx, Bes, Dodrans, Dextans, Deunx, et As.

Unica est duodecima pars hereditatis.

Sextans, sunt duo unica, et sic vocatur, quia est una sexta pars hereditatis.

Quadrans, sunt tres unica, et dicitur quadrans, quasi quarta pars hereditatis.

Triens, sunt quatuor unica, et dicitur triens, quasi tertia pars hereditatis.

Quintunx, sunt quinque unica.

Semis, sunt sex unica, seu media pars hereditatis.

Septunx sunt septem unica.

Bes, sunt octo unica, et vocatur bes, quasi bis triens.

Dodrans, sunt novem unica, et sic vocatur quasi decem quadrans ad hoc ut sit tota hereditas.

Dextans, sunt decem unica, et sic vocatur, quasi decem sextans ad hoc ut sit tota hereditas.

De unæ sunt undecim unica, et sic 65.
vocatur quasi decem unica una ad hoc,
ut sint undecim, sive tota hereditas.
At, sunt duodecim unica, sive totus
apris.

Titulus 15.

De Vulgari Substitutione.

Quid est Substitutio?

Est Secundi heredis institutio, in locum
deficientis primi, v. g. Si Titius non erit, Caius esto heres.

Quotuplex est Substitutio?

Quadruplex. Alia est vulgaris, alia
pupillaris, alia exemplaris, et alia mili-
tatis.

Quid est Substitutio vulgaris?

Est, quæ fit à quocunque testatore, cui-
cunque heredi, in casum non adita heredi-
tatis.

Quid est Substitutio Pupillaris?

Quæ fit à patre liberis impuberibus in po-
testate existentibus, in casum quo scilicet
sint heredes, et mortui fuerint ante
quam sint puberes. v. g. Si filius meus
Mevius fuerit heres, et ante pubertatem
decesserit, Titio esto.

66. Quid est Substitutio exemplaris?

Quae fit à patre vel matre liberis furio-
sis, vel mente captis, aut alio vitio, ob
quod testari nequeunt, laborantibus,
in casum si in tali conditione decesse-
rint. Hæc substitutio etiam aliter
vocatur, quasi pupillaris substitutio.

Quid est Substitutio Militaris?

Cum miles aliquem instituat heredem
usque ad certum tempus, et post illud
tempus substituat aliquem alium.

Titulus II.

De Pupillari Substitutione.

Quid est Substitutio Pupillaris?

Cum aliqui ex heredibus instituti, sibi
in vicem substituuntur, v: g: aliquis insti-
tuerat Titium, Nevium et Sempronium,
heredes, et postea substituit hoc modo,
Si Titius heres non sit, Nevius heres
esto, et si Nevius heres non sit, Sem-
pronius heres esto.

Quid est Substitutio compendiosa?

Quae brevitate verborum plures Sub-
stitutionis species complectitur, v: g:

67
Quandocunque filius meus morietur
Filius habere esto, si enim ille filius
sit impubes, continetur non tantum
substitutio vulgaris, sed etiam pupilla-
ris, et si sit furiosus aut mente captus
continetur etiam substitutio exempla-
ris.

Titulus 17

Quibus modis Testamenta infirmentur.

Quot modis infirmentur Testamenta?

Quatuor. 1. Agnitione sui heredis.
2. posteriore testamento perfecto. 3. Ca-
pitulis diminutione. 4. per querelam in-
officiosam.

Quid est Testamentum ruptum?

Est testamentum, quod ab initio quidem
firmum, iustum, ac omnibus numeris
absolutum, sed postea infirmatur dum
rumpitur, idque primo agnitione sui
heredis, quod fit v. natiuitate posthumi
v. Successione nepotis in locum filii, v. libe-
rorum naturalium legitimacione, v. ado-
ptione aut adoptione non extranei, Secun-
do rumpitur reali, non verbali, voluntatis

68. testatoris mutatione, quae fit in testamento facti incisione, cancellatione, sigillo, rum revulsione, vel alio testamento, si modo posterius hoc testamentum sit iure perfectum.

An Testamentum prius rumpatur etiam per posterius imperfectum?

Resp: Regulariter non, Testamentum aliquando videtur: Si in Testamento posterius imperfecto instituti fuerint illi, qui poterant venire ab intestato ad hereditatem, cui priori instituti essent extranei, id est illi, qui non erant venturi ab intestato.

Quid est Testamentum irritum?

Quod quidem iure factum est, sed postea in firmatur, irritumque fit, vel capitis diminutione Testatoris, vel destitutione testamenti, quando haeres institutus non adit hereditatem, unde hoc posterius casu destitutum dicitur seu desertum testamentum.

An propter minimam capitis diminutionem Testatoris irritum fiat Testamentum?

Resp: Ita, quia testator per minimam capitis diminutionem fit filiusfamilias, atque filiusfamilias non potest facere testamentum.

Quare filiusfamilias non potest facere Testamentum?

Resp: quia, test. 12. tabularum solis patrilisfamilias permittitur testamenti factionem.

De Titulus 18.

De inofficioso Testamento.

Quid est Testamentum inofficiosum?

Resp: In quo quis injuste exheredatus, aut praehereditus est.

Quid est querella inofficiosa?

Est subsidium remedium, quo petitur à Judice, ut testamentum quasi contra pietatis officium factum, et suo officio rescindatur; datur hoc liberis et parentibus, fratribus vero et sororibus, si tutus per persona scripta sint.

Quid est persona turpis?

Est persona infamis.

Quid sunt Fratres Germani?

Qui habuerunt utriusque eodem parentes.

Quid sunt Fratres Confanguinei?

Qui habuerunt utriusque eundem patrem.

Quid sunt Fratres Uterini?

Qui habuerunt eandem Matrem.

An cesset aliquando querela inofficiosa?

Resp: Ita, v.g. si quis sit iuste exheredatus. Item in Testamento militati. Item si quis heres institutus sit etiam in re minima, si autem ista res minima non sufficiat ad legitimam,

70. tunc agendum est ad Supplementum legiti-
ma, et reparare debet querela inofficiosa.

Quid est Quarta pars seu Legitima?

Est certa portio legibus determinata, necessaria à Testatore relinquenda liberis patentibus, et certo casu fratribus.

Quota pars Hereditatis est Legitima?

Resp: Olim erat quarta pars seu quarta pars, hodie vero est semis vel triens, et semis quando sunt plures liberi quàm quatuor, et triens seu tertia pars hodie Hereditatis, si non sint plures liberi quàm quatuor.

Titulus 19^{mus}.

De Heredum qualitate et differentia.

Quot species sunt Heredes?

Resp: Duplices. Sui aut extranei.

Qui dicuntur Sui?

Qui in potestate sunt testatoris, et quos nemo in gradu procedit.

Qui sunt extranei?

Qui non in potestate testatoris sunt, sive sanguine juncti sint, sive non.

Qualis requiritur testamenti factio

in hac de?

Resp: Non tantum Activa, sed Sufficit etiam Passiva.

Quid est Testamenti factio Activa?

Resp: Ut ipse testamentum condere possit.

Quid est Testamenti factio passiva?

Resp: Ut non prohibitus sit ex testamento capere.

Quid est ius deliberandi?

Est facultas heredi concessa intra certum tempus in vires hereditatis inquirendi, an illam adire vel repudiare consultum estimet.

Quid est Beneficium inventarii?

Est descriptio bonorum defuncti, citatis iis quorum interest: cujus beneficium est, quod heredes in tantum tenentur, quantum bona defuncti valent.

Titulus 20.

De Legatis.

Quid est Legatum?

Est donatio quaedam à defuncto relicta, ab herede praestanda.

Quae actiones dantur pro legatis?

Rei vindicatio, actio hypothecaria, actio personalis ex quasi contractu.

Quid est Rei vindicatio?

Est actio in rem, quâ quis petit se Dominum alicujus rei declarari, et eam sibi tantam quam Domino restitui à quocunque populo hunc aut detentore.

Quare legatarij habent actionem hypothecariam?

Resp: Quia omnia bona defuncti sunt ipsis tacite seu ipso jure obligata.

Quare legatarij habent actionem personalem?

Resp: Quia pater ad eundem hereditatem censetur contrahere cum legatariis ex quasi contractu.

Qui sunt Creditores hereditarij?

Sunt illi, quibus defunctus erat obligatus.

Quid est jus accrescendi?

Est jus, quo portio coheredis vel collegatarij conjuncti deficientis acquiritur alteri portionem suam agnoscenti.

Quotuplex est conjunctio ad eandem rem?

Triplex: Realis tantum, verbalis tantum, et mixta.

Quid est conjunctio realis tantum?

Quando eadem res pluribus relicta est in diversis orationibus, v.g. Titio fundum Tusculanum do, lego; Item Nevio eundem fundum Tusculanum do lego.

Quid conjunctio verbalis tantum?

Quando eadem res pluribus relinquitur in eadem oratione, sed cum particula et aequis partibus, v.g. Titio et Nevio fundum Tusculanum et aequis partibus do, lego.

Quid est conjunctio mixta?

Quando eadem res pluribus relinquatur in eadem oratione simpliciter.

Quid est Legatum electionis?

Quando alicui electio expressè legatur, Titio lego electionem unius et aequis meis.

Quibus personis potest legari?

Resp: Omnibus illis, cum quibus testamenti factio est, id est iis qui possunt heredes institui.

Quae res potest legari?

Res propria et aliena, obligata, futura, debita, doz, corpus totum, et.

Quid est Posthumus?

Qui nascitur post mortem Patris vel testatoris.

Quid est Posthumus fons?

Qui non est nasciturus unus haeres.

Quid est Posthumus filius?

Qui nasciturus est unus haeres.

Quis dicitur Servus Verna?

Qui natus est ex ancilla nostra.

Quid est Legatum poena nomine relictum?

Quod relinquitur ad cogendum heredem quo magis aliquid faciat v. non faciat v. g. haeres meus, si capitolium ascenderit, 100. aureos det Mevio, vel sic haeres meus, nisi capitolium ascenderit, 100. aureos det Mevio.

Quid est Legatum impossibile?

Cui impossibilis conditio adjuncta est, v. g. haeres meus, nisi mare ebiberit, centum aureos det Mevio.

Legatum poena legibus prohibitum est, v. g. haeres meus, nisi fratrem suum occiderit, centum aureos det Mevio.

Legatum contra bonos mores est, v. g. haeres meus, nisi nudus in foro ambulaverit, centum aureos det Mevio.

Titulus 21.

De Ademptione Legatorum
et Translatione.

Quid est ademptio Legatorum?

Est revocatio illius quod legatum est.

Quomodo adimuntur legata?

Resp: Vel expressè vel tacite.

Expressè, id est rebus expressis, v: g: quod
Filio legavi non lego.

Tacite revocatur legatum ex præsup-
posita voluntate Testatoris, v: g: si Testa-
tor rem legatam alienaverit, aut ven-
diderit ante suam mortem sine ulla ne-
cessitate.

Quomodo transferuntur legata?

Resp: ab una re ad aliam, vel ab uno
Legatario ad alterum, vel ab uno herede
ad alium, vel ab uno modo ad alium.

Ab una re ad aliam, v: g: loco vini
quod Titio legavi, leggeti modium tritici.

Ab uno Legatario ad alterum, v: g: quod
Titio legavi, Nevio do, lego.

Ab uno herede ad alium, v: g: legata qua
dixi ut solveret heres meus. Titius, volo
ut solvat heres meus. Nevius.

Ab uno modo ad alium, v: g: à modo con-

76. Conditionalis, aut e contra v. g. quod Titio
purè legavi, lego illi, si navis ex Africa
venierit.

Quid est conditio?

Resp: Est voluntaria eventus incerti futuri adjectio, et quidem eò animo, ut ejus deinceps existantia v. negotium perfectum resolvat, v. imperfectum perficiat.

Quomodo dividitur conditio?

Resp: In Possibilem et impossibilem, possibilem rursus in potestativam, casualem, et mixtam.

Quid est conditio possibilis?

Quae rectè impleri potest, vel imple-
mentum rei sperat, cujus effectus est,
ut ea pendente totum testamenti finis
pendeat, haec quoque ita scriptus interim
nec adire nec repudiare hereditatem
possit. Quid est conditio impossibilis?

Quae institutionem non vitiat, sed
ipsa vitiat, et pro non scripta habetur,
ut haec statim, ac si purè scriptus
esset, hereditatem adire potest.

Quid est conditio potestativa?

Quae sine impedimento est in potestate
ejus in quem confertur, v. g. si Titio cen-

tum Federis heres esto.

77.

Quid est conditio casualis?

Qua vel est alieni arbitrio vel ex solo fortuna eventu dependet, v.g. Si navis ex Asia regressa, heres esto.

Quid est conditio mixta?

Qua partim à facto et arbitrio ejus in quem confectus, partim ab eventu ex casu dependet. v.g. Si Cajam in uxorem duxeris.

Titulus 24

De Lege Falcidia.

Quid est Lex Falcidia?

Est Lex qua constituit aliquem non posse hereditatem suam gravare ultra dodrantem legatis, et si contrafecerit, permittit ea Lex heredi retinere quartam partem hereditatis.

Quid est quarta Falcidia?

Est quarta pars hereditatis quam retinere potest heres, qui ultra dodrantem gravatus est legatis.

Quare introducta fuit illa quarta Falcidia?

Resp: ne Testamenta tam levis fierent deserta: heredes enim pro nullo vel

78. minimo lucro sapere volebant. adire
hereditatem, et sic Testamentum fieri
deserunt.

Quo tempore inspicienda est quan-
titas patrimonij, an tempore
mortis testatoris, an tempore
actae hereditatis?

Resp: Tempore mortis Testatoris.
An ratio legis Falcidia habeat
locum in singulis hereditibus?

Resp: Ita, v. g. Si Titius et Nevius ha-
res instituti sint quique in uno se-
pulture, et semis Titii sit gravatus ult
dosrantem, poterit Titius detrahere qua-
tam Falcidiam, quamvis Nevius non sit
gravatus ullis legatis, et sic media pars
hereditatis salva est apud Nevium.

Quoniam primo deducuntur antequam
ponatur ratio legis falcidia?

Resp: Res alienum, Funeris impense
pretia servorum.

An Testator potest prohibere fal-
cidiam in Testamento?

Resp: Iure novo falcidia prohiberi potest
à Testatore. Novell. t. c. 2., qua in rescripto
non confecto inventario.

De Fideicomissariis, heredita-
tibus et a Senatus consul-
tum Trebellianum.

Quid Senatus consultum Trebellianum?

Quod constituit aliquem non posse gra-
vare hereditatem suam ultra portantem
fideicommissis, et si hoc fecerit, permit-
tit illud Senatus consultum heredi reti-
nere quartam partem bonorum.

Quid est quarta Trebellianica?

Est quarta pars bonorum, quam reti-
nere potest heres, qui ultra portantem
gravatus est fideicommissis.

Fuit illa quarta Trebellianica introduc-
ta ob eandem rationem, ob quam institu-
ta est quarta falcidia.

Quid est hereditas fideicommissaria?

Est hereditas subjecta fideicommissis,
vel restitutioni.

Quid est fideicommissum?

Est ultima voluntas qua verbis prece-
tis ministerio alterius commissa in aliquem
confertur, v. g. preceat heredem meum,
ut secundum Iulianum restituat sempro-
prio.

Quid est fideicommissum universale?

Quando quis rogatus est restituere totam hereditatem, vel partem aliquam hereditatis, v.g. rogo heredem meum ut hereditatem meam restituat semper vivo: vel sic, rogo heredem meum, ut scientem hereditatis restituat semper vivo.

Quid est fideicommissum singulare?

Quando quis rogatus est restituere rem singularem, seu particularem.

Quid est heres fiduciarius?

Qui gravatus est fideicommissum universale.

Quid est heres fideicommissarius?

Cui relicta est fideicommissum universale.

Quanam est differentia inter quartam Trebellianicam, et quartam

Falcidiam?

Resp. Quod Falcidia detrahatur ex legat.

sed Trebellianica ex fideicommissis: deinde

quod in Falcidiam imputentur solum ea

quae heres habet titulo institutionis,

vel testis, in Trebellianicam etiam im-

putentur ea, quae accipit a defuncto titulo

particulari, v.g. Titulo Legati & fideicommissi.

Titulus 24.

De Singulis rebus per fidei,
commisum relictis.

Potestne etiam res aliena per fidei,
commisum relinqui?

Resp: Quod sic, v: g: rogo heredem
meum, ut ades vicini mei det Titio.

Potest etiam libertas servo per
fideicommissum relinqui, v: g: ro
go heredem meum ut Stichum
servum meum manumittat?

Respond: Ita.

Quid est libertus Orcinus?

Qui ex directo testamento libertatem
accepit, sive cui libertas legata est.

Quare ille libertus vocatur Orcinus?

Resp: quia non habet aliquem patro
num, quam qui in orco est, unde liber
tus Orcinus non debet servire patro
no, sicuti ceteri liberti.

Titulus 25.

De Codicillis.

Quid sunt Codicilli?
Sunt quoddam Testamentum imperu

82. fectum, sine directa heredis institutione et exheredatione factum.

Quare additur illa particula sine directa heredis institutione?

Resp: Quia in Codicillis non potest quod directe heres institui, vel exheredari vel adimi non potest.

Potestne ergo hereditas indirecte per Codicillos sive oblique dari vel adimi?

Resp: Ita, scilicet per fideicommissum possunt enim in Codicillis relinqui fideicommissa.

Sac Codicillum tam ex testamento, quam ex intestato.

Resp: Quicumque mihi futurus est heres, rogo eum, ut hereditatem meam relinquat Titio.

Quomodo differunt Codicilli à Testamento?

Resp: Quod in Codicillis non fiat institutio heredis, in Testamento vero potest et necessario fieri debeat: deinde quod Codicilli non requirant solemnes testes testamentarias, et tantum requirant

quinque testes, testamentum verò
requirit Septem testes. Item quod
possit quis decedere cum pluribus
Codicillis, non verò cum pluribus
testamentis.

Quare potest quis decedere cum
pluribus Codicillis, magis quam
cum pluribus Testamentis?

Resp: Quia testamentum posterius
rumpit prius, Codicilli verò posterio-
res non rumpunt priores, nisi sint
prioribus contrarii.

Qua est clausula Codicillaris, quae
in Testamento apponi solet?

Resp: Hac vel similis, si haec mea
voluntas non valeat jure testamenti,
volo, ut valeat jure Codicillorum: vel
volo, ut valeat quo potest, vel omni me-
liori modo.

Quando Jus Codicillorum in usu esse
capit, et quis primo introduxit
Codicillos?

Resp: Jus Codicillorum tempore di-
vi Augusti primo in usu esse coepit.

Finis Libri Secundi.

84. Institutionum Imperia-
lium.
Liber 3.^{us}.

Titulus Primus.

Hereditatibus, quae ab inte-
stato deferuntur.

Quis dicitur decere intestatus?

Qui vel omnino Testamentum non
fecit cum potuit, aut non iure fecit
aut id quod fecerat, ruptum irritum
factum est, aut si ex eo nemo haereditas
existens.

Quis ordo Successionis ab intesta-
to observatur hodie?

Resp: Descendentium, Ascendentium
et Transversalium.

Qui veniunt appellatione Descen-
dentium?

Resp: Liberi utriusque Sexus.

Qui veniunt appellatione Ascen-
dentium?

Resp: Parentes omnes utriusque Sexus.

Qui veniunt appellatione Collateralium?

Resp: Agnati et cognati.

Quare Descendentes in primis sunt .85.
ordine in Successione ab intestato?

Resp: Ex ratione: quia naturalis ratio
tāquam lex naturalis quaedam tacite
liberis deseruit Successionem ab intestato,
ergo illi primi debent esse in Successione
intestata.

De Successione Descendentium.
Quomodo dividuntur Descendentes?

Resp: In legitime natos, vel legitima-
tos, vel adoptivos, vel illegitimos.

An legitime nati succedant omnes?

Resp: Ita quocunque gradu sint, mo-
do eos nemo antecedit, et quidem, qui in
primo gradu sunt succedunt in capita
reliqui vero in stirpes jure representa-
tionis.

Quid est Jus Representationis?

Est jus occupandi locum patris, et
est ejus persona succedendi.

An Descendentes à Successione ex-
cludant omnes alios?

Resp: Quod sic, excepta defuncti conju-
ge cui jure Civili, si inops sit, quarta debe-
tur, hodie portio statutaria.

86. An legitimati et adoptivi aequaliter
cum legitime natis, concurrant in
successione intestata?

Resp: Ita, &

Cui succedunt illegitimi?

Resp: Natis, nisi sit illustis, et libe-
ros legitimos habeat, non patris, alimen-
ta tamen capiunt, exceptis incestuosis
jure Civili, non autem jure Canonico,
quo etiam illis succedantur alimen-
ta.

De Successione Ascendentium.

Quando Ascendentes succedunt?

Resp: Si nulli descendentes adsint.

Quomodo illi succedunt?

Resp: Proximus inter eos indistincte
excludit remotiorem.

Quod si parentes ejusdem gradus con-
currant, quomodo illi succedunt?

Resp: In lineas, nisi concurrant col-
laterales germani germanorumque liberi,
cum quibus succedunt in capita, germa-
norum liberi vero in stirpes jure repre-
sentationis concurrentes.

An Ascendentes excludant omnes
alias collaterales?

Resp: Quod sic, veluti unilaterales.
Succedunt ne aequaliter parentes
liberorum legitimatorum?

Respond: Ita.
Quomodo adoptivis succedunt
Ascendentes?

Resp: Illis tantum quos in potestate
habuerunt. De

Succeffione Collateralium.

Quomodo succedunt collaterales?

Resp: Si adfint cum ascendentibus
germani, germanorumque liberi, suc-
cedunt illi in capita, germanorumque
liberi vero in stirpes jure repre-
sentationis, nisi liberi soli sint,
qui in capita concurrunt, non enim
jure a parentibus transmissio sed
suo succedunt.

Quod si autem nulli adfint germani?

Resp: Admittuntur pari ratione
unilaterales eorumque liberi.

Si vero nulli unilaterales adfint?

Resp: Tunc proximius inter collaterales succedit in distinctiōe jure representationis, et duplicitate vinculi.

An legitimati in gaudeant eodem jure in Successione intestata?

Resp: Quod sic, nisi quod legitimati per descriptum asseruntur jure consanguineorum.

An etiam illegitimi succedant?

Resp: Non, nisi qui est eadem mater nati; qui succedunt per matrem conjunctis omnibus.

Titulus L. ^{2^{us}} =.

De legitima Agnatorum Successione.

Quis jure veteri succedentium ab intestato ordo fuit?

Resp: Est lege duodecim tabularum successio hujusmodi duo ordines fuerant nempe heredes suorum, et legitimorum id est agnatorum et exclusi cognatis.

Est ne hodie aliqua differentia inter agnatos et cognatos quoad Successionem ab intestato?

Respond. Quod non.

Titulus 3^{us} =

De Senatus Consulto Tertu-
liano.

Quid est Senatusconsultum Tertuli-
anum?

Est Senatusconsultum, quod consti-
tuit matrem non posse ab intestato
succedere proli sua. hodie cessat.

Titulus 4^{us}.

De Senatusconsulto Officiano.

Quid est Senatusconsultum Officianum?

Est Senatusconsultum, quod constituit
prolem non posse succedere sua matri
ab intestato.

Utrum hodie adhuc opus istis Senatus
consultis?

Resp: Non, quia hodie omnis differentia
sublata est quoad successionem ab intesta-
to, inter agnatos et cognatos specificè
olim vero opus fuit istis Senatusconsul-
tis, quia testam. duodecim tabularum solos
agnatos vocabat ad successionem ab
intestato, et cognatos specificè exclude-
bat a successione, ut nequidem mater posset
succedere proli vel proles matri.

90. De Titulus 5^{us}.
De Successione cognatorum.
Quid de Cognatis statuit Lex th.
Tabularum?

Resp: Nos excluderat omnino: quia
pe qui, cum per feminam sexus personae
cognitione iungantur, sui aut legitimi
haeredes non essent. Verum Praetor
vocavit: cognatos proximae tertio
ordine, nempe deficientibus suis et
gitimis, in quo ille naturalem cognationem
seleutus fuit.

Ad quem usque gradum vocantur
cognati, et Agnati.

Resp: Olim cognati usque ad sextum
gradum cognationis vocabantur, ap-
ti vero ad hereditatem admittebantur
et si decimo gradu essent, imo et ultra.

Titulus 6.
De Gradibus Cognationum.
Quid est Cognatio?

Est vinculum iuris seu necessitudo, quae
inter eos, qui de communi stirpe proprii
quo manent, intercedit.

Quotuplex est cognatio?

Resp: Triplex. Alia est civilis tantum, 91.
alia est naturalis tantum, alia civilis
et naturalis simul.

Quid est cognatio civilis tantum?

Est cognatio, quae fit super adoptionem.

Quid autem est cognatio naturalis tantum?

Est cognatio, quae fit inter vulgò quafi-
tos et servos.

Quid est cognatio civilis et natu-
ralis simul?

Est cognatio, quae intercedit inter eos,
qui legitimis nuptiis quafiti sunt.

Quotuplex est Cognatio naturalis.

Quid est Civilis?

Triplex. Alia est Affrendentium, qui
nos genuerunt, alia descendendum, qui
à nobis procreati sunt, alia est Fratrum
versalium, qui neque nos genuerunt, neque
à nobis procreati sunt, sed eandem nobiscum
viam communicant.

Quid est linea?

Est collectio personarum ab eodem sti-
pe descendendum, continens gradus
et singulas cognationes.

Quid est gradus?

Est transitus de proximo ad proximum.

92. Quae Regulae in computatione graduum observari solent?

Resp: Quatuor sequentes, nempe:
sunt personae tot sunt gradus una deno-
ta. Item Quot sunt generationes
sunt gradus. Haec duo regulae tam iure
Civili quam iure Canonico quoad lineam
ascendentem et descendentem sunt approp-
riatae, quoad lineam vero transversalem
vel collateralem tantum de iure Civili.
Aliae vero duo tantum de iure Canonico
in linea collaterali secundum diversita-
tem lineae locum habent: scilicet in
linea collaterali equali. Quoto gradu distat
una à comuni stirpe, eodem gradu distat
inter se. v. g. frater et soror uno gradu
stant inter se. In linea vero collaterali
in equali: Quoto gradu distat remo-
tior persona, eodem distant inter se.
v. g. Ego à filio sororis meae disto duobus
gradibus.

Titulus 7.
De Levili cognatione.
Quid est Levilis cognatio?

Resp: Quae contrahitur inter eos, qui in con-
tubernio et statu Levili concepti, utrique
sunt.

93

Titulus 8.
De Successione libertorum.
Quid ius veteri circa hanc posses-
sionem obtinuit?

Resp: Lex 12. Tabularum ita demum
ad hereditatem liberti vocabatur patronus,
si intestatus mortuus esset libertus,
herede suo nullo relicto.

Titulus 9.
De Assignatione libertorum.
Quid intelligitur per assignationem
libertorum?

Resp: Assignare libertum dicitur pa-
tronus, quando ex pluribus liberis, quos
in potestate sua habet, attribuit usque
patronatus, qui solus sit liberti pa-
tronus.

Et scilicet haec assignatio vel Testamento,
vel Codicillis, vel etiam inter vivos, qui-
buscumque verbis, nutu, patre vel sub
condicione.

Titulus 10.
De bonorum Possessionibus.
Quid est bonorum Possessio?

Est ius persequendi retinendive patrimo-
nii, quod cuiusque, cum moreretur, fuit.

94. Per quam particulam excluditur hereditas?

Per particulam Suo, quia facile subintelligitur praetorium; hereditas enim est ius praetorū: itaque bonorum possessio nihil est aliud, quam successio praetoria in universum ius defuncti.

Quotuplex est bonorum possessio?

Duplex. Alia est ex Testamento, alia est ab intestato.

Quid est bonorum Possessio ex Testamento?

Est possessio, quae competit, quando testamento factum est, id est, quando aliquis decessit testatus.

Quid bonorum possessio ab intestato?

Est possessio, quae competit, quando quis decessit intestatus.

Quot sunt bonorum Possessiones ex Testamento?

Resp: Duae: Una secundum tabulas, altera contra tabulas.

Quid bonorum Possessio secundum tabulas?

Quae datur iis, qui heredes instituti sunt.

Quid bonorum Possessio contra tabulas?

Quae datur liberis emancipatis praeteritis.

Quot sunt bonorum Possessiones ab in- 95.
testato?

Resp: Quatuor: scilicet, unde liberi un-
de Legitimi, unde cognati, et unde vir
et uxor.

Unde liberi. Datur liberis ad bona Patris
sui ab intestato mortui, siue illi sint sui,
siue emancipati, siue ex defuncto nati
siue adoptivi, durante tamen, non etiam
dissoluta, adoptione.

Unde Legitimi, datur omnibus, quibus
vel lex, vel S. C. vel Constitutiones heredi-
tatem deferunt, cuiusmodi sunt Agnati,
patroni Mater, liberi, quibus tamen non
omnino est necessaria haec bonorum
possessio.

Unde cognati, datur cognatis, id est iis,
quibus iure civili non agnoscantur.
Sunt sunt conjuncti per feminas, et qui
capitis diminutione sua agnationis
amiserunt.

Unde vir, et uxor, datur conjugibus
quos ad mutuam successionem vocat
Protor deficientibus proximis.

An hodie bonorum possessio est necessa-
ria?

Resp: Hodie postquam emancipatio
per Novellam 118. de H. idem ius succeden-
di competit, illa ratio necessaria, nisi in

96. Cap. 2. tit. ff. in iust. rupt. Si t. post testa-
mentum nascatur posthumus, sed ante
mortem patris iterum decessat. 2^{do} Si filius
prostitus testamentum impugnare velit,
testamentum enim utroque casu iure
civili nullum, ergo eodem iure convales-
cere requirit, sed prior scripto haberi so-
let. 3^{io} Si duplex testamentum eodem
tempore conditum ex sit, licet diversi sit
res, sed sint, prior utrumque sufficit. 4^{to}
Si conjuges, deficientibus omnibus
cognatis, in universa bona succedere
velint per tit. ff. unde vir et uxor.

Titulus II.
De Acquisitione per Arrogatio-
nem.
Quotus modus acquirendi Domini uni-
versalis sive per universitatem esse
arrogatio?

Resp: Tertius.
Qualiter succeditur per arrogationem?
Cum Pater familias sese in arrogatio-
nem dat, omnes ejus res corporales et
incorporales, quaeque ei debita sunt, arroga-
tori pleno olim iure acquiri solebant.

Titulus III.
De eo, cui libertatis causa bo-
na addicuntur.

Quid intelligis per additionem Bonorum, 97.
rum, et huc introducta?

Introducta fuit additio bonorum et
recipio D. Marci, idque libertatum bonorum
servandarum causam, quae testamento data
simul cum eo periclitabantur.

Filius 13.

De Successionibus sublatiis quae
fiebant per bonorum Successiones,
nes, et ex S. C. Claudiano.

Quo modi acquisitionis hodie subla-
ti, hic indicantur.

Quid prior modus?
Veritio bonorum ejus, qui fraudati-
onis causam latitaverat, cuius asperi-
tio hodie abrogata est, et latitum modo
creditoribus datur officio. Latitior bona
latitantium debitum possidere consti-
tuiturque bonorum Curatorum per eorum
distraditionem satisfaciat creditoribus.

Quid alter modus acquirendi?

Fuit id introductus S. C. Claudiano,
ex quo Liberta mulier, quae se contra domi-
ni denunciationem Valerio junxisset
servo, addicebatur domino servi cum
fortunis omnibus; si vero sciente Domi-
no, tantum fiebat ejus Liberta. Hoc S. C.

98. quod honestas extorserat Imp: abroga-
vit tanquam nimis asperum; cum per
leges Populi poena non sit servitus, ab-
surdumque sit nequitiam Servi domino
lucrosam esse, cui proinde licentia datur
talem Servum castigatione competenti
corrigen, et abstrahere à tali muliere.

Titulus 14.

De Obligationibus.

Quo praecipua Iuris Civilis capita
sunt, scilicet Dominium et Obligatio.

Quid est Obligatio?

Est iuris vinculum, quo necessitate ali-
cujus rei solvenda secundum nostrae civi-
tatis jura adstringimur.

Quotuplices sunt Obligationes?

Triplex: Alia est naturalis tantum,
quae solo aequitatis vinculo sustinetur,
non adjuvata aliquo modo à Iure Civili,
ut ex ea accessus aliquem non datur.
actio, cuiusmodi est pactum nudum, sive
promissio nuda cedendo aliquid.

Alia est Civilis, quae à Iure Civili habet
vim et vinculum aliquod, sed cui neces-
sitas desit, quae per exceptionem eliditur,
ut nihil exigi possit, cuiusmodi est lit-

99.
terarum obligatio, sive ea scriptura, quā
quis constituit sibi numeratam pecuni-
am, quā necdum numerata sit.

Alia Civilis et naturalis, quae aequitatis et
iuris vinculo nititur, actionemque pro-
ducit efficacem, sed cum effectu agendi.

Quid sunt Obligationes Civiles?

Quae à Jure Civili sunt introductae, vel
saltem à certa lege comprobata, v: g: Obli-
gatio verborum, obligatio litterarum, obli-
gatio ex empto, obligatio ex vendito, obliga-
tio ex locato, obligatio ex conducto, &c.

Quid sunt obligationes Praetoriae?

Quae à Praetore jure introductae sunt, v: g:
obligatio ex peculio, obligatio de constitu-
ta poena.

Quid est Obligatio De Peculio?

Est obligatio, quae Pater vel Dominus
tenetur ex contractu filii, seu servi, in
quantum est in peculio.

Quomodo dividuntur Obligationes Divi.

Resp: Aliae oriuntur ex contractu, aliae
ex quasi contractu, aliae ex maleficio, et aliae
ex quasi maleficio.

Quot modis oritur obligatio ex contractu?

Resp: Quatuor modis: scilicet re, verbis, litteris et confesso.

Quid est Jus in re Sive Reale?

Est quod in ipsam rem devictam competit,
et actionem realem producit.

Quid est Jus ad rem?

Est jus, quo personam ad rem præstandam
habemus obligatam, unde oriuntur acti,
onera personales.

Titulus 15.

Quibus modis re contrahitur
obligatio.

Affigna obligationem re contractam?

Resp: v: g: Mutui et Debiti.

Affigna præcipuos contractus re initos?

Resp: Mutuum indebitum, com datum,
depositum, et pignus.

Quid est contractus re initus?

Quo res fungibilis ea lege datur, ut in
eodem genere restituatur.

Quid sunt res fungibiles?

Quæ pondere, numero, vel mensura
constant, id est quæ per pondus, vel num-
merum, vel mensuram distrahi seu vendi
solent, v: g: Frumentum, vinum, oleum,
pecunia numerata.

Quid est Pactum?

Est duorum vel plurium in idem placitum
consensus, obligationis constituenda v. tollenda.

De causa pacti.

101.

Quomodo dividitur Pactum?

Resp: Pactum ratione objecti et finis divi-
ditur in publicum et privatum, ratione forma
in nudum et vestitum, a diversitate causa
efficientis in expresum et tacitum, ratione
effectus in personale et reale.

Quid est Pactum publicum?

Quod fit per Principem, aut Ducem
belli, ex causa publica, cujusmodi pacta
sunt, Inducio, Pax, confederationes
Principum, et Magistratum.

Quid est Pactum privatum?

Quod initur sub quibuscunque rebus
privatis, et honestis.

Quid est Pactum nudum?

Quod in nudis hominibus placiti consistit,
hinc est duorum v plurius de dando vel
faciendo in idem consensus, n̄ habens
proprium nomen, neque causam, neque
patiens actionem, unde nudum dicitur
à Re, nomine et actione: v.g: conveni-
am Filio, ut mihi det 1000, ille promissit, hoc
est nudum pactum. Ex quo pacto hodie datur
actio.

Quid est Pactum vestitum?

Quod duorum v plurius de dando v faciendo

102. consensus habens proprium nomen
vel causam, quatenus habet nomen
primum est contractus nominatus.

Quid est Factum expresse?

Est illud, quod exprimitur verbis, vel
litteris, signis, vel alio modo.

Quid est Factum tacitum?

Quod colligitur ex presumpta pacifcen-
tiam voluntate, v: g: Dedi Titio mutuo
100, ille dedit Chyrographum in quo scrip-
tur se 100 accepisse et mihi debere, ego
deinde illi restituo chyrographum, hoc
casu censeo tacitum dividisse pactum
de non petendo, quia tota obligatio
confistit in Chyrographo.

Quid est Factum personale seu in personam?

Quod ad personas pacifcentium restringitur,
nec ad heredes pertinet, v: g: Titius debet
mihi 1000, rogat me ut ego promittam, quod
non petam, promitto quod nolim petere
quandiu vivam, post mortem meam au-
tem heres meus petere potest. Vel Titius
mihi debet 1000 pacifcitur a me quod nolim,
quandiu vivit a se petere, ego promitto
hoc casu non potero a Titio petere 1000, quam-
diu vivit, potero in illo mortuo petere ab

hæredes, quia pactum est personale et con. 103.
cernit tantum personam Titij, quod defuncto
Titio etiam extinguitur.

Quid est Pactum reale seu in rem?

Quod rem tangit et omnes, quos causa
concernit, v: g: Titius mihi debet 1000,
pacifertur à me ne hos 1000 petam, ego
promitto, hoc pactum è in rem, et nec
ego, nec hæres meus, nec alius ab eo, nec
ab hærede petere poterit.

Quid est contractus?

Est conventio per se et sua natura obli-
gationem efficacem producens.

Quotuplex est contractus?

Alius est nominatus, alius innominatus.

Quid est contractus nominatus?

Qui distinctum ac speciale nomen à jure
accepit, sicut mutuum, commodatum, et.

Quid est contractus innominatus?

Qui tantum generale nomen à jure acce-
pit, v: g: Contractus, do, ut des; vel ut faci-
as, vel facio ut des.

Quid est contractus vetus?

Est, qui verò utriusque contrahentium
consensu, verbis, v. litteris, facto declarato,
constat.

Quid est quasi contractus?

Est contractus, qui est unius facto, et alterius presumpto consensu efficacem producit obligationem.

Quid est contractus aestimativus?

Est contractus in nomen, quo res ali, cui aestimato traditur, ut ille aut rem, aut estimationem restituat.

Quid sunt contractus bonae fidei?

Sunt illi, in quibus alter alteri ex bono et equo obligatur, etiam ultra conventionum terminos.

Quid sunt contractus stricti iuris?

Sunt ii, ubi alter alteri ultra conventionem non obligatur.

Quid est mutuum?

Est contractus, quo quantitas ex lege datur, ut eadem ipsa reddatur, non in specie, sed in genere.

Quid est indebitum?

Est quasi contractus, etus ex eo, quod quis per errorem aliquid solverit, quod non debeat.

Quare dicitur quasi contractus?

Resp: Quia qui solvit per errorem indebitum, non vult contractum facere, sed potius distractum. 105.

Per quem errorem debet aliquid esse solutum ad hoc, ut detur petitio indebiti?

Resp: Per errorem facti, nam per errorem juris solutum non repetitur, quia error sine ignorantia juris habetur pro scientia, qui autem sciens indebitum solvit, non potest repetere, quia censetur donare.

Quid est error seu ignorantia Juris?

Quando quis ignorat aliquid quod habetur in iure v.g: si quis ignoret quod heres gravatus ultra dotantem legati, possit repetere quartam falcidiam.

Quid error seu ignorantia facti?

Quando quis ignorat aliquid quod non habetur in iure, v.g: si quis ignorat Testamentum factum, et se in eodem heredem institutum esse.

Quid est contractus realis?

Est conventio, prater consensum actum, cum rei traditionem ad sui perfectionem requirens.

106. Quot sunt contractus reales?

Resp: Quatuor: Mutuum, quod domi-
nium transfert, commodatum, quod
usum, Depositum, quod custodiam,
Pignus, quod possessionem.

Quid est commodatum?

Est contractus, quo res gratis traditur
certi usui gratia, ut eo finito, eadem
species restituatur.

Quare in definitione commodati addi-
tur illa particula gratis?

Resp: Quia commodatum debet esse gra-
tuitum, nam alioquin esset alius con-
tractus.

Quare additur ad certum usum?

Resp: Ut excludatur precarium.

Quid est Precarium?

Quando res aliena gratis conceditur
ad quem libet in differentem usum.

Quaenam est differentia inter Comoda-
tum et Precarium?

Resp: Quod precarium semper possit re-
peti; commodatum vero non possit repeti
ante finitum usum, ad quem res
concessa est.

In quo differunt comodatum et mu.ⁿ 107.
tuum?

Resp: In eo, quod in mutuo transfera-
tur dominium, in comodato vero tantum
conceditur usus rei; deinde quod in mu-
tuo debeat res restitui in eodem genere
in comodato debeat res restitui in spe-
cie.

Quid est depositum?

Est contractus re initus, quo res ali-
cui gratis custodienda committitur.

Quare additur illa particula gratis?

Resp: Quia depositum debet esse gra-
tuitum, alioquin esset alius contractus.
Si enim mercedis intervenerit consistens
in pecunia numerata, tunc erit con-
tractus locationis.

Quid si alia res intervenerit
quam pecunia numerata?

Resp: Tunc erit contractus aliquis
innominatus.

Quotuplex est depositum?

Duplex. Aliud Specificum, aliud Generale.

108. Quid est depositum Specificum?

Quando res non litigiosa deponitur.

Quid est depositum sequestrum?

Quando res litigiosa deponitur.

Quomodo adhuc dividitur depositum?

Resp: In regulare, irregulare, voluntarium, necessarium, et Juris.

Quid est depositum Regulare?

Resp: In quo hoc agitur, ut secundum naturam hujus contractus res deposita in specie restituatur.

Quid est depositum irregulare?

Resp: Quod in eo notissimos depositi terminos excedit, ut depositarius rebus fungibilibus depositis uti, et illas in genere restituere possit.

Quid est depositum voluntarium?

Resp: Quod fit ex libera voluntate.

Quid est depositum necessarium, seu miserabile?

Quod fit ex aliqua necessitate, et ob imminens periculum, e.g. Tumultus, incendi.

Quod appellant Dd: depositum Juris? 109.

Resp: Quod ad inhibendum cursum usura-
rum, vel inducendum effectum liberatio-
nis, pecunia vel apud Magistratum,
vel in ecclesia sacra deponitur.

Quid est Pignus?

Est contractus re iustus, quo res
mobilis traditur creditori in securi-
tatem debiti.

Nota, quod pignus hic strictè sumatur
nam pignus late sumptum, est qualibet
res creditori obligata, sive sit mobilis,
sive immobilis, sive sit tradita sive non.

Quae nam sunt famosa pacta, quae
solent apponi pignori?

Resp: Pactum Anticresios, et pactum
legis comissoria

Quid est Anticresios?

Est pactum, ut Creditor lucretur
fructus ex pignore provenientes,
donec debitum sit solutum.

Quid est Lex commissoria?

Est pactum, ut si intra certum tempus
debitum non fuerit solutum, creditor acquirat pignus
loco debiti.

iii. Quid est Dolus?

Est destinata voluntas alteri nocere.

ii. Quotuplex est Dolus?

Duplex. Alius est bonus, aliud malus.

Quid est Dolus bonus?

Qui vocatur Stratagema, et talis Dolus licitus est, v.g: hostibus insidiis frangere.

Quid est Dolus malus?

Qui est illicitus, v.g: furari, aliquem occidere, injuriam alicui facere.

Quid est casus fortuitus live fatalis?

Est casus seu eventus, qui consilio aut diligentia nostra evitari non potest, v.g: mortalitas pecorum, naufragium, hostium incursum, et his similia.

Quid est culpa?

Est omnis negligentia aut impetitia rebus alienis damnum inferens.

Quotuplex est Culpa?

Resp: Triplex, lata, levis, et levissima.

Quid est culpa lata?

iii.

Resp: Est omissio communis diligentiae, quam omnes homines rebus suis impendere solent.

Quid est culpa levis?

Est omissio mediocris diligentiae, quam diligentes et prudentes homines rebus suis impendere solent.

Quid est culpa levissima?

Est omissio exactissima diligentiae, quam diligentissimi homines rebus suis impendere solent.

Qualis culpa intelligitur, si vox culpa simpliciter posita reperitur?

Resp: Culpa levis.

Qualis, et in quo casu praestatur culpa?

Resp: Ubi solius dantis versatur utilitas, ibi lata, ut in deposito; ubi solius accipientis, ibi levissima ut in comodato; ubi utrinusque ibi levis culpa praestanda, ut in emptione, locatione, dote, pignore, societate etc.

Titulus 16.

De Verborum Obligationibus.

Quid est Verborum obligatio?

Est contractus, qui oritur ex interrogatone et responsione, estque vel principalis, ut Stipulatio, vel accessoria ut Fidejussio.

Quid est Stipulatio?

Est verborum conceptio, quae is, qui interrogatur, daturum se quod interrogatus est, respondet.

Quotuplex est Stipulatio?

Alia est pura, alia in diem facta, et alia conditionalis.

Quid est Stipulatio pura?

Qua fit sine additione diei, vel conditionis, v.g. centum aureos mihi dare spondes, spondeo.

Quid est Stipulatio in diem facta?

Qua fit cum additione diei, quo die solutio fieri debet, v.g. centum aureos mihi dare spondes primis calendis Martiis, spondeo.

Quid est Stipulatio conditionalis? 113.

Qua fit cum additione conditionis
v: g: centum aures mibi dare spondes,
si cras fueris fere num, spondes.

Quomodo differunt ista stipula-
tiones quoad effectum?

Resp: Quia in stipulatione pura
statim res debeat, et statim peti
possit; in stipulatione in diem facta
statim res quoque debeat, sed non
possit peti ante diem lapsum, qui sti-
pulationi adiectus est; in stipulati-
one conditionalis res neque debeat,
neque peti potest ante eventum con-
ditionis adiecta.

Titulus 17.

De duobus Rei stipulandi
et promittendi.

Quid sunt duo Rei stipulandi?

Resp: Sunt duo qui eandem rem sti-
pulati sunt.

Quid sunt duo Rei promittendi?

Sunt duo qui eandem rem promi-
serunt.

117. Et duobus Reo promittendi potest
unus pure, et alter sub conditione
obligari?

Resp: Ita.

Titulus 18. De Stipulatione Servo- rum.

Quomodo potest servus stipulari,
cum sit incapax eorum, quae sunt
Iuris Civilis, stipulatio autem
est contractus Iuris Civilis?

Resp: Quia servus est incapax sti-
pulationis ex persona Domini cui
licet non sit incapax ex persona pro-
pria.

Ad quem pertinet id quod servus
communis stipulatur, id est,
habens plures dominos?

Resp: Pertinet ad singulos Domi-
nos secundum Domini portionem,
quam quisque Dominus in servo
habet.

Titulus 19. De divisione Stipulationum.

Quomodo dividuntur Stipulationes? 115.

Resp: In Judiciales et Ratorias,
in communes et conventionales.

Quid sunt Stipulationes judiciales?

Quae à mero iudicis officio proficiuntur,
ut cautio de dolo.

Quid sunt Stipulationes Ratoriae?

Resp: Quae ex mero Ratoris officio
extra iudicium interponuntur,
v.g. cautio de damno necdum lato,
sed quod futurum timetur.

Quid sunt Stipulationes com-
munes?

Quae jubente Ratore, extra iudici-
um et interdum officio iudicis in iudi-
cio proponuntur, v.g. cautio rem
pupillae salvam fore.

Quid sunt Stipulationes Con-
ventionales?

Quae ex conventionione utriusque
partis concipiuntur.

Titulus 20.
De inutilibus Stipulationibus

Quid est inutilis Stipulatio?

Resp: Quae de jure non sortitur effectum.

116. ut stipulatio, in qua interrogatio et
responsio non conveniunt in quanti-
tate et qualitate.

An hæc Stipulatio: Decem mihi da-
re spondes, quinque dare spondeo,
valeat saltem quoad quinque.

Resp: Ita, quia interrogatio et re-
sponsio conveniunt quoad quinque;
nam qui petit decem, censetur etiam
petere quinque, cum quinque conti-
neantur in decem.

Valeatne Stipulatio facta inter
absentes v.g: per Epistolam?

Resp: Non, quia Stipulans debet
audire verba promittentis, et pro-
mittens debet audire verba Stipu-
lantis.

An ergo mutus vel surdus non
possit stipulari?

Resp: Non.

Valeatne Stipulatio proposita,
v.g: spondene te datum
hodie mihi centum aureos,

si cras fuerit Lescipum?
Resp: Olim non valebat, sed hodie valet.

117.

Titulus 21.
De Fidejussoribus.

Quid est fidejussio?

Est contractus verbalis accessorius quo quis, ad maiorem creditorem securitatem fidem pro principali debitore interponit, ita ut hic nihilominus maneat obligatus.

Quis dicitur Fidejussor?

Resp: Qui se pro alio per stipulationem accessorie obligavit.

Quis dicitur Expromissor?

Qui per stipulationem ita se pro alio obligavit, ut alter non maneat amplius obligatus, ut v.g. Titus spondere se mihi daturum centum aureos, quos debet mihi Nevius? spondeo.

Quis dicitur fidejussor in demeritis?

Resp: Qui in gratiam creditoris constituitur, dicitur vulgo in Pfandloßung.

Quis dicitur fidejussor succedaneus?

Resp: Qui in gratiam primi fidejussoris constituitur, vocatur vulgo in Pfandloßung.

118. Quis est constitutor Pecunia?

Qui nudo pacto promittit se solutum
quod id, quod ipse vel alius jam antea
debebat.

Quae nam praecipua beneficia com-
petunt fidejussoribus?

Resp: Beneficium ordinis, sive Ex-
cussonis; Beneficium divisionis sive
Epistola Divi Hadriani; et beneficium
cedendarum actionum.

Quid est beneficium Ordinis
sive excussonis?

Est Beneficium, quo creditor cogitur
quo agere contra debitorem principalem
antequam possit procedere contra fide-
jussorem.

Quid Beneficium Divisionis sive
Epistola Divi Hadriani?

Est beneficium, quo creditor cogitur
actionem dividere, et debitum petere
per partes à singulis confidejussoribus.
Quid Beneficium cedendarum actionum?

Est Beneficium, quo creditor cogitur
actiones suas cedere fidejussori, qui pa-
ratus est totum debitum solus solvere.

Titulus 24.

De Litterarum Obligationibus.

Quid est obligatio litterarum?

Est obligatio orta ex contractu litterarum.

Quid est contractus litterarum?

Est contractus ortus ex dato Chyrogapho sub spe accipiendi mutuas pecunias, quas tamen n accipit.

Quid remediū habet ille, qui sic dedit suum Chyrogaphum?

Datur ei exceptio non numeratae pecuniae.

Intra quod tempus debet proponi exceptio non numeratae pecuniae?

Resp: Olim intra quinquennium pro. pari defuit à senatore dati Chyrogaphi, hodie ex Iustiani constitutione intra biennium.

Quis nam debet probare pecuniam esse numeratam vel non?

Resp: Creditor debet probare se pecuniam numerasse.

Quare hoc, cum exceptiones debeant probari ab eo, qui eas allegat?

170. Resp: Haec exceptio est privilegiata
in eo, quod onus probandi projiciat in
adversarium

Titulus 23. De Obligationibus ex consensu.

Qui nam sunt Contractus solo
consensu initi?

Resp: Emptio, locatio, Venditio,
Societas et mandatum.

Quid est obligatio ex consensu?

Est obligatio orta ex solo consensu
v: g: ex empto, ex vendito, locato,
et conducto etc.

Quid est contractus solius con-
sensu, sive solo consensu initus?

Est contractus, qui ad sui perfecti-
onem ultra consensum non requirit
actuale rei traditionem, nec certam
formulam verborum, nec litteras
nec Chirographum, ut Emptio, Ven-
ditio, Locatio, Societas et Mandatum.

Quid est Chirographus?
Est schedula continens Obligationem.

Titulus 24.

De Emptione et Venditione.

Quid est Emptio et Venditio?

Est contractus consensualis de re pro certo pretio emptori tradenda.

Quare in definitione Emptionis et Venditionis, additur illa par-
ticula pretio?

Resp: Ut distingatur à permuta-
tione. Nam quando aliquid permuta-
mus tunc solemus dare, v.g. pro
uno pileo unum alium pileum, vestem
aut aliquid aliud: quando aliquid
emimus, solemus dare pecuniam
numeratam, id est pretium.

Quid facit Emptionem?

Resp: Consensus de re et pretio,
scriptura non requiritur, nisi in
specie conventum.

Potestne pretium confecti in ar-
bitrium alicujus testis, v.g. Fun-
dus iste sit tibi venditus quan-
ti sit tunc estimaverit.

Resp: Ita, ista venditio valet tan-
quam conditionalis.

126. Ad quem pertinet periculum
rei, et in eo modum circa rem
contingens antequam res emp.
fieri tradita est?

Resp: Ad emptorem. Nisi vel ven-
ditor in mora, vel ejus culpa peri-
erit.

Quibus casibus periculum rei
vendita adhuc est vendentis?

Resp: Sequentibus, qui in clusi sunt
his verbis:

1. Quando scriptura fieri perfectio debet,
Ante illam vendentis erit discrimen obire.
2. Vendita, vel quæ res sub conditione perempta est.
3. Si pactum in specie factum. 4. generis sit actus
Venditio, 5. vel alterius, casusq. prioris.
Vendentem cernit, sed possessionis emente.
6. Vendentis mora, 7. culpa, 8. Dolus spectabilis eundem.
9. Denique mensuram, numero, & pondere mensuræ
Vendita prius est, quam si mensura peracta est.
Excipe inaversi methodum, si exceptio facta est.

Licit ne poenitere, seu recedere
ab Emptione & Venditione?

Resp: A perfecta non licet, sed bene licet
ab imperfecta, et quidem impune, nisi
data fuerint asthe; si enim asthe

Data sint, et venditor velit recedere, ^{175.}
tenetur arrhas duplicatas restituere.
Si vero emptor velit recedere, tunc
amittit arrhas.

Quid sunt Arrhae?

Sunt illud, quod datur in signum
contractus celebrati vel celebrandi.

Quid est Addictio in diem?

Est pactum quo res ita venditur,
ut liceat venditori rem venditam
alii, intra certum diem meliorem
conditionem offerenti, addicere.

Quid est Lex commissoria?

Est pactum quo res ita venditur,
ut pretio intra certum tempus non
soluto, res sit inempta.

Quid est Pactum de Retrovendendo?

Est conventio, qua id agitur, ut li-
ceat venditori rem venditam pretio
restituto, quandoque, vel intra cer-
tum tempus redimere.

Titulus 25.

De locatione et Conductione.

124. Quid significat Locare?
Resp: significat aliquid dare ad uten-
dum pro certa mercede.

Quid significat conducere?
Resp: Est accipere aliquid ad utendum
vel faciendum.

Quid est locatio Conductio?
Est contractus juris gentium bonae
fidei, quo praestatur usus rei, aut
opera certa mercede constituta.

In quo locatio Conductio convenit
cum Emptione Venditione?

Resp: In eo, quod Locatio Conductio
contrahatur solo consensu, ita etiam
Venditio: et sicuti in locatione
Conductione requiritur certa mer-
ces, sic in Venditione requiritur
certum pretium: item sicut pre-
tium Venditionis confecti potest
alicui testis, v: g: ista res sit tibi
vendita quantum Titius affirmaverit,
ita etiam merces Locationis Conductio-
nis, v: g: ista res sit tibi locata, quan-
tum Titius affirmaverit.

In quo locatio Conductio non convenit
cum Emptione Venditione?

165.
Resp: Quod in venditione rei pro-
prietas alienetur, in locatione
autem tantum usus rei in alium
transferatur.

Qua actio competit Locatori?

Resp: Actio locati, item actio con-
ducti competit conductori.

De Emphyteusi.

Quid est Emphyteusis?

Resp: Est contractus Iuris Civi-
lis nominatus quo alicui predium
aliquod possidendum vel fruendum
traditur ea lege, ut pensio annua
inde Domino prestetur.

An in Emphyteusi remittatur
pensio propter sterilitatem,
sicut in locatione Conductione?

Resp: Quod non, quia in Emphy-
teusi non solvitur pensio propter
fructus ex re provenientes, sed in
recognitionem directi Domini, in
locatione Conductione solvitur
pensio propter fructus ex re pro-
venientes. Unde si fructus

126. non proveniant, merito remittitur
pensio.

Quotuplex est Emphyteusis?

Duplex. Alia est Ecclesiastica, alia
est Civilis.

Quid est Emphyteusis Ecclesiastica?

Qua consistit in bonis Ecclesiasticis.

Quid est Emphyteusis Civilis?

Qua consistit in bonis Civilibus.

Quomodo differunt inter se Em-
phyteuta Ecclesiasticus, et Em-
phyteuta Civilis?

Resps: In eo, quod Emphyteuta
Ecclesiasticus amittat ius suum,
si pensionem non solverit per trien-
nium: Civilis vero si pensionem
non solverit per triennium.

Quare Emphyteuta Civilis habet
longius tempus ad solvendam
pensionem, quam Ecclesiasticus?

R. Quia Ecclesiasticus si tempore suo
non solverit pensionem, potest purgare
mortem per ellensem satisfactionem. Civilis
vero non potest purgare mortem. Unde, cum
in uno gravetur, sublevari in alio, nempe in ter-
cino tempore.

Titulus 26.
De Societate.

127.

Quid est Societas?

Est contractus solo consensu initus,
quo res vel opera conferuntur, ut
lucrum et damnum inde conveni-
ens sit commune.

Dico, res vel opera; quia etiam
valet Societas, ut unus pecuniam
et alter solam operam conferat.

Quare dicitur ut lucrum et damnum
sit commune, cum bene valeat
Societas, ut unus habeat so-
lus totum lucrum?

Resp: Etiam non valet, quia de na-
tura Societatis est, ut damnum
etiam sit commune.

Quare non valet Societas Leonina?

Resp: Quia communio lucri est de
substantia Societatis.

Quoniam sunt substantialia, si-
ve de substantia, et quoniam sunt
de natura, sive de naturali

contractuum?

Resp: De substantia dicuntur ea, hinc
quibus contractus esse non potest.

128. v. g. De Substantia venditionis est,
ut pretium consistat in pecunia nu-
merata. De natura dicuntur illa
qua facit inonit contractui; sed
tamen pacto seu conventionne par-
tium labesse possunt, v. g. de natura
venditionis est, ut venditor teneatur
de evictione, potest autem conve-
niri, ne de evictione teneatur.

Quid hoc significat Venditorē
tenci de evictione?

Resp: Quod qui vendidit rem ali-
quam alienam, teneatur Explo-
ratorare interesse, quod in rem
seetur si res ei evincatur, id est,
per sententiam Iudicis auferatur
vel abjudicatur.

Quid est Evictio?

Est rei nostra, quam adversarius
iusto titulo acquisivit, per senten-
tiam Iudicis recuperatio.

Valeat Societas quando quis
habet plures partes lucra
quam alter?

Resp: Ita, sed tantum prohibetur con-
ventio, ut unus habeat totum lucrum.

Quotuplex est Societas?

Duplex. Alia est universalis, alia est particularis.

Quid est Societas Universalis?

Est qua initur vel expresse omnium bonorum lucro, vel simpliciter.

Qua nam est differentia inter Societatem omnium bonorum expresse inita, et societatem simpliciter initam?

Resp: Quod Societas omnium bonorum expresse inita, pertineat ad omnia lucra, sive ex negotiatione proveniant live ex alio beneficio, ut sunt v.g. Legata, hereditates: Societas vero simpliciter inita pertinet solum ad lucra, quae ex negotiatione nascentur.

Quid est Societas particularis?

Est Societas inita de certa negotiatione tantum, v.g. de emendo, vel vendendo tritico, vino, oleo, &c.

Quomodo finitur Societas?

Resp: Varijs modis, v.g. mutuo consensu vel etiam renuntiatione unius, vel morte unius; vel per hoc, quod finis.

130 negotio impositus sit publicatione,
vel etiam si unus ceperit bonis.

Quid est Cessio Bonorum?
Est bonorum suorum a debitore spe-
cie facta demissio, et creditoribus con-
cessio.

Quare Societas finitur per hoc,
quod unus cedat bonis?

Resp: Quia in Societate censetur
etiam facultates loci spectata fuisse.

Quare morte loci finitur Soci-
etas, ita ut ne quidem trans-
at ad heredem loci?

Resp: Quia in Societate censetur
electa fuisse industria persona.

Quare potest quis renuntiare Soci-
etati potius quam aliis contractibus?

Resp: Quia est contra Fas fraterni-
tatis, quod Societati inest: sed quid in-
virtus in ea manere debeat, Communis
inter invitos solet excitare rixas et
discordias.

Titulus 77.

De Mandato.

Quid est Mandatum?
Resp: Est contractus solo consensu

initus, quo negotium aliquod honestū 131.
gratis gerendum committitur.
Dico honestum, quia mandatum rei
turpis non valet.

Qualiter contrahitur Mandatum?

Resp: Vel expresse, id est rebus expresse,
veluti, volo, rogo, mando: vel tacite,
quod fit per patientiam, cum quis nō
prohibet, sed tacet; nam tacendo cen-
setur consentire per ratificationem
cum quis ratum habet quod gestum
est.

Quibus modis contrahitur Mandatum?

Resp: Quinque potissimum modis: pri-
mò, gratiā mandantis tantum: veluti
si tibi mandem, ut aliquis mei gratiā
facias. Secundo, gratiā utriusque
et mandantis et mandatarii; ut si
mandem tibi aliquis, quod utriusque
nostram respiciat utilitatem. Tertio
gratiā alienā tantum, si tibi mandē
ut Titū negotia geras. Quarto, gra-
tiā aliena et mandantis: si alicui man-
dem, ut mihi et Titio domum emas.
Quinto, gratiā tuā et aliena, si mandem
tibi ut Titio pecuniā sub usufructu credas.

137. An. mandatum tua gratia tantum
sit verum mandatum, v: g: mando
tibi ut cum pecuniis emas po-
tius libros, quam picturas?

Resp: Non. Quia potius consilium
est, quam mandatum. Nemo enim
est consilio obligatus.

An. locat mandato semel suscepto
renunciare?

Resp: Ita, si quis tempestivè renun-
tias, id est, si Domino adhuc integrum
sit, ut per se vel per alium negotia
sua expedire possit.

Titulus 28.
De obligationibus, quae quasi
ex contractu nascuntur.
Quid est quasi contractus?

Est actus obligatorius, qui non est
verus contractus, majorem tamen
affinitatem habens cum vero contractu
quam cum maleficio, ut v: g: negotio-
rum gestio, rerum communio, heredi-
tatis aditio, tutela administratio, solu-
tio indebiti.

Quid est negotiorum gestio?

133.
Resp: Est quasi contractus ortus ex eo, quod quis negotia absentis sponte gerat.

Dico Absentis, quia si quis praesens sociat sua negotia ab aliquo geri, et non contradicat, censetur mandare, et sic non erit quasi contractus.

Qualis contractus tunc erit?

Resp: Mandati.

Dico Sponte, ut excludatur Procurator; Procurator enim non sponte, sed mandato Domini negotia aliena administrat.

Quid est Negotiorum Gestor?

Qui negotia absentis sponte gerit.

Quid est rerum Communio?

Est quasi contractus ortus ex eo, quod res aliqua inter aliquos communis facta sit extra societatis causam. v. g. si eadem res donata, aut legata fuerit duobus, qui non sunt socii universales.

Dico, Extra causam societatis, quia si res communis sit inter aliquos ex causa societatis, tunc non erit quasi contractus, sed verus contractus, scilicet societatis.

Quid est Administratio Tutela?

Est quasi contractus ortus ex eo, quo quis administrat Tutelam.

Quid est hereditatis aditio?

Est quasi contractus ortus ex eo, quo quis adierit hereditatem.

Cum quibus personis heres ad eundem hereditatem quasi contrahit?

Resp: Cum legatarius et creditoribus hereditarius defuncti.

Titulus 29.

Per quas personas nobis Obligatio acquiritur.

Per quas personas obligatio nobis acquiritur?

Resp: Acquiritur nobis obligatio per eandem personas, per quas acquiritur nobis Dominium, de quibus supra, sub Titulo per quas personas omneque acquiritur scilicet Lib. 2. Tit. 9.

Titulus 30.

Quibus modis tollitur Obligatio.
Quomodo tollitur Obligatio?

Resp: Solutione, Acceptilatione,

Novatione, mutuo consensu et com-^{135.}
persatione.

Quid est Solutio?

Est quilibet modus, quo tollitur obli-
gatio. Quid est Solutio hic?

Præta ac naturalis præstatio ejus
quod debetur.

Quid est Acceptilatio?

Est imaginaria Solutio, quâ id quod
est stipulatu debetur, accepto fitur.

Quare dicitur id quod est stipulatu debetur,

Resp: Quia per Acceptilationem tantum
tollitur obligatio verborum.

Quid, si velimus tollere alias obli-
gationes per Acceptilationem,
qua debemus tunc uti?

Resp: Debemus tunc uti stipula-
tione Aquilianâ hoc est, debemus
obligationem primo deducere in sti-
pulatum, sive in obligationem ver-
borum, et postea uti acceptilatione.

Quid est Stipulatio sive Accepti-
latio Aquiliana?

Resp: Per quam contingit, ut rerum
obligatio in stipulatum deducatur.

136. et postea tollatur per Acceptilationem.
Quid est Novatio?

Est prioris obligationis mediante
Acceptilatione in aliam confusio.

Quotuplex est Novatio?

Duplex. Alia est Specifica, alia est
Delegatio.

Quid est Novatio Specifica?

Est Novatio, in qua manet idem
debitor.

Quid est Delegatio?

Est Novatio, in qua novus debitor
creditori substituitur.

Quid est Compensatio?

Est debiti et crediti, quoad concurren-
tem quantitatem contributio.

Nota; Quod solum compensari possit
quantitas cum quantitate ejusdem
generis, v. g. pecunia cum pecunia,
triticeum cum tritico.

Quare non potest compensari una
species cum altera, vel quanti-
tas cum specie?

Resp: Quia Super Species cadit affectio.

Quanam obligationes mutuo
ac solo consensu tolluntur?

137.
exp: Qua solo consensu contrahuntur,
t, v: g: Obligatio ex Empto, Vendito,
locato, conducto, ex Societate, et ex Man-
dato.

Finis Libri Tertii.

Institutionum Imper- rialium.

Liber 4^{us}

Tit. 1^{us}

De Obligationibus, quae ex delicto nascuntur.

Quid est Delictum?

Est factum illicitum, seu offensio
contra Jus illata.

Quotuplex est Delictum?

Duplex. Aliud est Publicum, aliud
est Privatum.

Quid est Delictum Publicum?

Est quo quilibet agere potest, v: g: Ho-
micidium, et crimen laesae Majestatis.

Quid est delictum privatum?

Est quo agere tantum potest ille cujus
interest, sive ad quem res illa pertinet.

178. ut, ut Furtum, Rapina, Damnum,
Legis Aquilia et injuria.

Quid est Furtum?

Est dolosa contractatio rei alienae, lu-
cri faciendi causa.

Dico lucti faciendi causa, quia si quis
rem alienam contractet in alium finem
quam lucti, non erit furtum, sed aliud
delictum, v: g: Injuria, vel Damnum Le-
gis Aquilia; nam intentio distinguit
delicta.

Dico, dolosa, quia non quavis contracta-
tio malefidium ponit, sed dea tantum, qua
fit animo privandi Dominum sua re,
sine quo, seu affectu furandi non com-
mittitur furtum.

Quotuplex est Furtum?
Duplex, aliud est Manifestum, aliud
nec manifestum.

Quid est furtum manifestum, seu
fur manifestum?

Quando fur reperitur cum re furtiva
antequam eam detulit ad locum desti-
natum.

Quid furtum nec manifestum,
seu fur nec manifestus?

Resp: Quando furtum non reperitur cum re furtiva, antequam eam detulit ad locum destinatum.

Teneaturne aliquis de furto, qui tamen furtum non fecit?

Resp: Ita, v: g: ille, cuius ope et consilio furtum factum est, v: g: si quis ostium aut fenestram effregit, ut aliud furaretur.

Quis dicitur dare Consilium?

Qui persuadet et impellit atque instruit consilio ad furtum faciendum.

Quis dicitur ferre Opem?

Qui ministerium atque adiutorium ad surripiendas res prebet.

An filiusfamilias committat furtum,

Surripiendo aliquid à Patre, vel

Servus à Domino?

Resp: Quod sic, et ipsa res sit furtiva; sed tamen non datur actio furti contra ipsos, quia nulla datur actio inter Patrem et Filium, aut inter Servum et Domi-
num.

Quare inter filiumfamilias et Patrem non datur actio furti?

Quia quolibet actio desiderat duas personas: in hac vero causa Patris et Filij,

140. item Domini et Serui una fingitur
persona.

An impubes furtum faciat, Litti-
piendo rem alienam?

Resp: Ita, si sit proximus pubertati,
et capax coli, id est sciatur delinquere.

Quis dicitur proximus pubertati?

Ille, qui habet decem annos cum dimi-
dio.

Quis dicitur Proximus infantia?

Ille, qui non habet decem annos cum
dimidio.

Quid est Poena Furti?

Poena Furti vel civilis est, vel cri-
minalis: civilis, si furtum manifestum
quadrupli, si nec manifestum dupli;
Criminalis in masculo laquei, si fur-
tum vel tria vice commissum, vel pri-
ma vice sit violentum, in femina sa-
pocationis vel gladij. Iuxta sancti
Criminalem Josephinam requiritur adhuc
ut furtum se extendat ultra 15. florinos.
Art: 196. 28.

Titulus 2.

De vi bonorum raptorum.

Quid est Rapina?

Resp: Est violenta contrahatio rerum
corporalium mobilium invito Domino.

Quaenam est Poena Rapina?

141.

Resp: Poena civilis est intra annum quadrupli, cui tamen persecutio rei inest, post annum simpli.

Poena criminalis est gladij et impositione roto, si perq. homicidium simul commissum, quod in specie dicitur Latrocinium, contusio membrorum dicitur.

Quomodo cum actio vi bonorum raptorum fit in quadruplum?

Resp: Licet actio ista fit in quadruplum, tamen poena tantum est tripli, tam in isto quadruplo continetur etiam simplex.

Ergo unus raptor minus punietur quam si sit manifestus?
Ita tenetur ad quadruplum, quod totum est poena?

Resp: Non ideo minus punietur raptor, nam si sit manifestus potest conveniri etiam actione furti manifesti: deinde raptor, live sit manifestus, live non, tenetur ad poenam tripli; furti simplici autem; si sit nec manifestus, teneatur tantum ad poenam dupli.

Quid requiritur ad hoc, ut detur
actio vi bonorum raptorum?

Resp: Vis et dolus malus.

An ille committit rapinam, qui rem
aliquam bonâ fide rapit, potans
esse suam?

Resp: Quod non; quia sic non est dolo,
sæ contractatio, sed tantum quia est
res proprii exempli, talis amittit
rem suam.

Titulus 3^{us}

De Lege Aquilia.

Quid est Lex Aquilia?

Resp: Est lex, qua vindicat, seu pu-
nit damnum cum injuria facientis
datum.

Quid est damnum Legis Aquilia?

Est damnum cum injuria facientis
datum.

Dicitur cum injuria facientis, ut ex illi,
datur pauperies, nam Lex Aquilia non
agit de pauperie, quæ est damnum sine
injuria facientis datum, nempe aliquod
prejudicium.

Quomodo hic sumitur injuria?

Resp: Pro eo quod non jure fit.

Quot sunt capita Legis Aquilia?

Hodie tantum duo, sed olim fuerunt tria.

De quo agitur in Capite primo
Legis Aquiliae?

Resp: De quadrupede occisa; ut tantum praestetur quanti ea res in eo anno plurimi fuit.

Caput secundum hodie in defectu,
penem abiit Legis Aquiliae.

Quid agitur in Capite tertio Legis
Aquiliae?

Resp: Vindicatur omne damnum in rebus animatis et inanimatis datum, quanti res per triginta dies proximos plurimi fuit.

Titulus 4^{us}.

De Injuris.

Quid est Injuria?

Resp: Est contumelia in liberi hominis vilipendium commissa.

Quot modis committitur Injuria?

Resp: Variis; nempe Re, Verbis et Litteris. Re cum quis pugno pulsatur; verbis

cum quis alteri convitium Dicit;
Libellus, cum quis famosum libellum
 ad infamiam alicujus conscribit.

Quotuplex est Injuria?
 Duplex. Alia est levis, et alia est
 atrox. Quid est Injuria levis?

Est, quae fit cum quis leviter, et levi
 est causa ab aliquo injuriose pulsatur.

Quid est Injuria atrox?
 Est Injuria, quae quasi contumeliosior
 et major aestimatur.

Quibus est causis fit injuria atrox?
 Resp: Ex tribus causis, quae in hoc disti-
 cto continentur sequenti:

His tribus est causis injuria dicitur atrox.
Facti, persona, vel statione Loci.

Facto committitur injuria atrox per vulnere,
 flagrum, vel caesione, fustium; Ex loco atroci-
 or redditur, si in foro vel alio loco publico
 contingat. Imo et locus vulnere atrox
 injuriam facit, ut quis in oculo percussus
 fuerit, juxta illud vulgare: Non patitur
Ludum, fama, fides, oculus. Ex parte
personae, aliter enim parentis, patro-
 ni, aliter ecclesiae, et humilis persona inju-
 ra aestimatur.

Per quas personas quis dicitur
pati injuriam?

Resp: Per uxorem, per liberos in pote-
state nostra existentes, item per servos,
si nimirum aliquis atrociter in servum
committatur, et quod manifeste contra
maiem Domini respicit: e.g: Si quis
servum alienum atrociter verberaverit
in contemptum Domini

Si marito injuria illata an uxor
agere potest?

Resp: Quod non; nisi injuria uxo-
rem simul tangat.

A quo vindicanda injuria, si servus
nostri gleba adscriptus inferatur
injuria?

Resp: Ab ipsis tanquam liberis homi-
nibus, nisi aperte ad contumeliam
domini respiciat

Quid est actio ad Lalnodiam,
per recantationem?

Resp: Est actio civilis rei persecuto-
ria, qua agunt injuriam verbalem
passi, contra injuriantes; ad injuria
illata recantationem et revocationem.

Quid est Retorsio?
Est rejectio injuriarum verborum

146. in ipsum injuriantem ab injurato,
privata auctoritate, in continentem
honoris tuendi gratia, facta. Ticita
est jure divino, nec Civili, nam vindicta
continet privatam, hodie autem fere
in toto imperio est extra poenam, et per
missa. Quid est libellus famosus?

Est injuria scripta, qua, omisso aucto-
ris nomine, delictum certum et famo-
sum alicui obicitur, et in populum
spargitur.

Quoniam est Poena injuriarum?

Resp. Poena injuriarum criminalis est
arbitraria, pro gravitate admitti.

Poenam Civilem ex estimatione illius, qui
injuriam passus determinatur. Olim
pro membro rupto poena erat talio, pro
fere autem fracto erant certa poenae
pecuniariae.

Titulus 5^{us}

De
Obligationibus quae quasi ex de-
licto nascuntur.

Assigna obligationem aliquam ex
quasi delicto ortam.

Resp. Obligatio quae tenetur fidei

qui per imperitiam male iudicavit. 144.

Quid est Obligatio, quae est quasi delicto nascitur?

Est, quae non est voluntate et destina-
tione agentis, sed magis est imperitia
negligentiaeve proficiscitur tanquam
est quasi delicto.

Quid est quasi delictum?

Actus obligatorius, qui non est
verum delictum maiorem tamen
affinitatem habens cum delicto,
quam cum contractu v.g. ille est cu-
jus adibus erutum aut dejectum est,
quod nocuit transeunti quasi delin-
quit.

Quid est actio de Effuso
vel dejecto?

Est actio, quae datur lasso, in illo loco
ubi vulgo iter sit, contra inhabita-
torem ad idem, ad duplum damni dati.

Quid est actio de Posito & Suspensio?

Est actio, quae datur cuiusvis est po-
sulo ad idem, qui, quod nocere
posuit, positum & suspensum habet
in loco, ubi vulgo iter sit, ad poenam
decem antecorum

Quid est Actio de Recepto?

Est actio, quæ datur adversus gaudas, canpones, et fabularios, et quidem vel ex quasi contractu, ad rerum receptarum restitutionem indistincte, vel ex quasi delicto, si culpa familia res subtracta, in duplum.

Titulus C^{us} De Actionibus.

Quid est Actio?

Est ius persequendi in iudicio, quod tibi debetur.

Quotuplex est Actio?

Actio variis modis dividitur, nam in primis actio alia est in rem, alia in personam, et alia mixta.

Quid est actio in rem sive realis?

Quæ quis agit contra aliquem, qui nullo jure ei obligatus est, movet tamen ei de re aliqua controversiam.

Quid est actio in personam seu personalis?

Quæ quis agit contra illum, qui obligatus est ex contractu, maleficio vel quasi.

Quid est actio mixta hic?

149.

Qua partim est in rem, partim in personam, ut actio familia eriscunda, actio comuni dividundo, et actio finium regundorum.

Quid est actio familia eriscunda?

Est actio mixta competens haeredibus dividenda hereditate de eo, quod alterum alteri prestare oportet.

Familia hic accipitur pro hereditate, eriscere, idem est quod dividere.

Quid est actio comuni dividundo?

Est actio mixta descendens quasi ex contractu, qua datur iis, inter quos res aliqua est communis ex causa legati, vel donationis, et: ut dividatur.

Quid est actio finium regundorum?

Est actio mixta competens illis, qui confines habet agros, ad hoc, ut fines sui termini distimantur ac certificentur, vel alicui partium adjudicetur.

Quotuplex est actio in rem?

Duplex, Directa quam habet Dominus adversus possessorem quemcumque, utilis, quam habet utilis Dominus, ut Vasellus, et:

Quenam actiones dantur ad vindicandas res corporales?

Resp: Actio confessoria, et actio negatoria.

Quid est actio confessoria?

Est actio realis, quâ quis vindicat, seu asserit servitutem fundo suo.

Quid est actio negatoria?

Est actio realis, quâ quis vindicat seu asserit libertatem fundo suo, et negat alteri competere servitutem.

Quomodo dividuntur adhuc actiones?

Aliae sunt civiles, et aliae sunt Praetoriae.

Quae dicuntur actiones Civiles?

Quae ex legitimis et civilibus causis descendunt, v: g: rei vindicatio, actio confessoria, negatoria, et:

Quae dicuntur Actiones Praetoriae?

Quas Praetor ex sua jurisdictione comparatas habet, ut est actio publiciana. Actiones Praetoriae aliae sunt in rem, aliae in personam.

Affigna aliquas Actiones Praetorias in rem?

Resp: Actio publiciana, Reconditoria

Pauliana, Serviana, et quasi Serviana. 151
Quid est actio publiciana?

Est actio in rem Pretoria, quā peti-
mus id quod est iusta causa à non Domi-
no bona fide per traditionem acquisivi-
mus et non dum usucapimus.

Quid est actio Rescriptoria?

Est actio in rem Pretoria, qua rescrip-
ta usucapione, quo facta esse negatur,
datur pristinæ rei Domino ad recupé-
randam rem suam à possessore usucap-
tam, quasi nunquam usucapta fuerit.

Quid est actio Pauliana?

Est actio in rem Pretoria, qua revo-
cantur ea, quæ in fraudem credito-
rum alienata sunt.

Quid est Actio Serviana?

Est actio in rem Pretoria, qua expe-
ditur, quis de rebus Coloni; quæ pigno-
ris jure pro mercedibus fundi ei tenen-
tur.

Dico Coloni, quia actio Serviana non
datur de rebus Inquilini, vel aliorum
debitorum, sed solum de rebus Coloni.

A quo instituta est hæc Actio?

Resp: à Servio Pretore.

Quid est Colonus?

Est conductor prædii rustici.

Quid est Inquilinus?

Est conductor Prædii Urbani.

Quid est actio quasi Serviana?

Est actio in rem Prætoria, quæ datur creditori contra possidentem sibi ex præse in specie vel generaliter et tacite obligatam ad consequendam ejus rei possessionem.

Quomodo adhuc Actiones dividuntur.

Resp: Alia sunt rei persecutoria, alia poena persecutoria, alia imperfecta.

Quid est actio rei persecutoria?

Quâ persequimur id quod ex patris modis nostro abest, vel nostra interest.

Quid est actio persecutoria

poena?

Quâ actor petit, quod nec sibi abest, nec Reo adest.

Quid est actio imperfecta?

Quâ partim poenam aliquam, et partim rem aliquam persequimur.

De actionem rei persecutoria.

Resp: Actio confessoria, negatoria,

publiciana, et omnes reliqua actio^{nes} in rem. 153.

Da actionem poena persecutoria.

Resp: Actio furti, et Actio iniuriarum.

Da actionem imperfectam.

Resp: Actio vi bonorum raptorum.

Da actiones aliquas Praetorias in personam.

Resp: Actio de constituta pecunia, Actio de peculio, actio de albo corrupto.

Quid est actio de constituta pecunia?

Est actio Praetoria personalis, quae datur adversus eum, qui circa stipulationem constituit se soluturum id, quod prius ipse vel alius, quacunque ex causa etiam ex nudo pacto, in naturali tantum obligatione debebat.

Quid est actio de peculio?

Est actio Praetoria personalis, compense rei, qui cum filiofamiliaris, vel servo peculium habentibus contraxit adversus Patrem vel Dominum, ut peculio tenus, deductis his, quae naturaliter ipsis debita sunt, condemnatur.

Quid est actio de albo corrupto?

Est actio popularis, adversus eum con-
petens, qui quid ex albo. Et totis quod ju-
risdictionis perpetua causa proposi-
tum erat deolo malo, vel per se, vel per
alium corruerit, vel album sustuler-
it, vel amoverit.

Quid sunt prejudicia, live acti-
ones prejudiciales?

Resp: Sunt actiones, quae exemplum
praebent aliis quibusdam actionibus,
v: g. Actio qua queritur, an aliquis sit
liber vel servus; vel an aliquis sit in-
genuus vel libertinus, vel an aliquis sit
filius Titii vel non.

Nota, quod prejudicia live actiones
prejudiciales non sint propria actiones.
Nam actio est jus petendi in iudicio id,
quod sibi debetur, per prejudicia autem
non petimus aliquid, quod nobis debetur.
Item actiones aliae sunt in simplex,
aliae in duplum, aliae in triplum, et aliae
in quadruplum.

An non datur actio in quintuplum
aut sextuplum?

Resp: Non. Quia nulla datur actio ultra
quadruplum.

Quid est Actio in simplum?

Est actio, quā petitur ipsum simplum, ut actio ex stipulatu, actio ex empto, vendito, et.

Actio in duplum est actio, quā petitur ipsum duplum, ut actio furti non manifesti, et actio ex quasi delicto.

Actio in triplum hodie non est in usu.

Actio in quadruplum, est actio quā petitur ipsum quadruplum, ut actio furti manifesti, et actio vi bonorum raptorum.

Item Actiones alia sunt bonae fidei, et alia stricti iuris.

Quid sunt Actiones bonae fidei?

Ex quibus Iudici libera datur potestas iudicandi quantum Reus Actori proptare debeat, v.g. Actio ex empto, vendito, conducto, et.

Quae sunt actiones bonae fidei?

Resp. Sunt haec, quae sequentibus verbis continentur:

Empti, heriscenda, mandati, depositi, ignota, conducti, communi, pro socio, doli et heredis, tutela, comoda gestar. Praescriptis verbis, permutat, et astimat, ista dicitur bona fidei, stricti sunt cetera iuris.

156. Quid sunt Actiones Stricti juris?

In quibus Iudici non datur libera potestas
ad iudicandi, sed adstringitur ad finem
deductum est in contractu, v.g: Actio ex
stipulatu, vel ex mutuo.

Quid est actio quod metus
causa?

Est actio in rem praetoria, qua datur
metum passus, ad versus quemcumque rei
metu amissa possessionem ad illam
restituendam, aut ad quadruplum.

Quid est conditio furtiva?

Est actio personalis, qua Dominus
a fure ejusve herede, rem furto abla-
tam sibi dari oportere intendit.

Quid est actio de Partu Agnoscendo?

Est actio in iudicialis, qua datur illi,
qui re patrem vel matrem dicit adversus
eum qui filium se esse negat; Rursus
datur illi, qui filium se esse dicit ad-
versus eum qui se patrem aut matrem
esse negat, ad declarandum jus filiatio-
nis.

Quomodo vocantur actiones reales
et personales?

Resp: Actiones reales vindicationes, et
personales condictiones nominantur.

Quid est Hereditatis petitio?
 Est actio mixta bonae fidei, qua quis
 heredem se declarari, et rem restituere
 petit.

Quid est actio ex stipulatu de
Dote Repetenda?

Est actio quae datur uxori adversus
 maritum de jure heredes, ad id, ut dos
 illata restituatur.

Quid est actio de dolo?

Est actio praetoria personalis, quae datur
 de dolo deceptis, adversus decipientes,
 ad damni illati restitutionem.

Quid est actio de eo quod certo
loco?

Est actio personalis arbitraria, quae
 datur creditori contra debitorem locum,
 quod est causa stricti juris certo loco
 dari debuit, alio in loco, facta com-
 memorazione illius loci ubi dari de-
 buit, praestandum, salvo interese de-
 bitoris.

Quid est actio ad Exhibendum?

Est actio personalis in rem scripta arbi-
 traria, quae datur illis, quorum ex iusta
 causa interest rem exhiberi, adversus
 quemcumque possessorem, ad rem illam
 exhibendam.

158. Quid hoc significat exhibere, et
quid Edere?

Resp: Exhibere significat potestatem
videndi facere; Edere autem potesta-
tem rem describenda facere.

Quid est compensatio?

Compensatio est debiti in vicem et
crediti inter se contributio.

Quid sunt actiones arbitrariae?

In quibus mandatum sive arbitrium
Iudicis locum habet, cui Reus cum
non pareat, condemnatur in duplum
id est, aliquid ultra simplicem, v. g. Actio
que fit metus causa, est actio arbitria,
quia si Reus est mandato Iu-
dis sem metum alienatam non restituit,
condemnatur postea in quadruplum.

Quot modis plus petitur?

Resp: Quatuor, nimirum Re, tempo-
re, loco, et causa.

Quid petit plus re?

Resp: Qui petit maiorem quantitatem
quam debetur, v. g. qui petit centum,
ubi tantum debentur octoginta.

Quid petit plus tempore?

Resp: Qui petit ante tempus, quo solutio

Juri debet, v: g: qui petit Kalendis
Martii, quod debetur Kalendis Aprilis
tantum.

159.

Quis petit plus loco?

Resp: Qui petit in alio loco quam ubi
res debet solvi, non facta mentione lo-
ci in quo debetur, v: g: Si quis id quod
Wratislavia debetur petit Vienna
non faciendo mentionem quod res sol-
vi debeat Wratislavia.

Quare dicitur non facta mentione
loei in quo debetur?

Resp: Quia si fiat mentio istius lo-
ci tunc non petitur plus loco, sed tunc
est actio de eo quod certo loco

Quis petit plur causa?

Resp: Qui cum res in genere vel
alternative debetur, petit certam
speciem, vel precise unam rem, v: g:
Si debeatur servus in genere et petat
quis Stichium precise: vel debeatur
bos vel Equus, et petat quis precise bovem.

Quare talis dicitur petere plus causa?

Resp: Quia adimit debitori electionem
nam in debito generali vel alternativo
electio est debitoris.

160. Quaenam est poena plus petentium?
Resp: Olim causa cadebant, id est rem
amittebant, hodie vero non; sed qui ho-
die petit plus re, loco vel causa, con-
demnatur ad omne interesse, quod
debitori per suam plus petitionem
intulit. Et ille, qui plus tempore pe-
tit, condemnatur in litis expensis,
et duplicantur inducia, id est, dupli-
cat illud tempus, quod debitori testatur
ad solvendum, veluti si uno mense
petierit citius quam petere debuit,
tunc expectare cogitur duos menses.

Fitne semper in solidum condemnatio?

Resp: Aequaquam: sunt enim quae-
dam actiones quibus non semper
solidum, quod nobis debetur, perse-
quimur, sed modo solidum, modo mi-
nus.

Assigna exempla actionum, quibus
non semper solidum, quod debetur,
consequimur.

Resp: Primo actione de peculio. Secundo
actione de dote. Tertio si pater

à filio emancipato conveniatur. ibi.
Quarto, si patronus conveniatur à liber-
to, quinto. si socius cum socio iudicio
societatis agat. Sexto, si quis ex causa
donationis conveniatur. Septimo,
si sit causa compensationis. Octavo,
si debitor ad inopiam fortune vitio
redigatur.

Quid est Beneficium compe-
tentie?

Est beneficium certis quibundam per-
sonis ideo concessum, ne ob peccata
ad faciem et peram execrantur,
sed neceffaria vite subsidia retineant.

Quibus competit hoc beneficium?

Resp: Coniugibus, parentibus ac libe-
ris, item patronis, socio in causa dotis,
sociis, et sic etiam fratribus, militibus
item canonicis, et illi, qui bonis
aspirant.

Quid est Cessio Bonorum?

Cessio bonorum est beneficium obla-
tū concessum, quo offerendo creditori-
bus bona, se à dare vel ulteriori
executione liberat.

Liberat ne cessio bonorum à debito?

Resp: Non, sed tantū à carcere, et executio,

ibz. nem suspendit.

Titulus 7.

Quod cum eo, qui in aliena est
potestate, negotium gestum
esse dicitur.

Secundam juris regulam nemo tenetur
ex contractu alieno, sed tamen praetor
est aequitate in quibusdam causis in-
troducitur actionem ex contractu alie-
no: qualis est actio, quod iussum, exercito-
ria, institutoria, tributoria, de peculio
de in rem verso.

Quid est actio quod iussum?

Actio praetoria personalis, quae datur
inter adversus Patrem vel Domini-
um ex contractu filij familias, qui iussum
Patris sui, aut Domini, qui iussum Domi-
ni contraxerit, et quidem in solidum,
quod iussum est dari.

Quid est actio exercitoria?

Actio praetoria personalis, quam in so-
lidum tenetur exercitor navis ex con-
tractu Magistri, quem navi proposuit,
et consequenter ex contractu ejus, quem
magister sibi constituit.

Exercitor navis: germanice: rin Uffiz. 163.
Latron, oder Uffiz. Uffiz: dicitur,
ad quem quotidianus quaestus navis
pertinet.

Magister navis: germanice: rin Uffiz
Capitain: dicitur, cui totius navis
cura commissa est.

Quid est actio in solidum?

Est actio praetoria personalis et rei per
seu foris, quae ex contractu in solidum
adversus eum, qui propositus, in
solidum ejus, quod ex contractu debi-
tum est, datur.

In solidum dicitur, qui taberna, vel
cuiuslibet alteri negotiationi, propositus
est.

Proponens dicitur Dominus.

Quid est Actio tributaria?

Est actio Praetoria personalis, quae pe-
titur, ut Pater vel Dominus, cuius
filius aut servus cum alijs contraxe-
runt, merces pecuniarum, aequaliter
cum creditoribus dividant.

Quid est actio de peculio?

164. Resp: Est actio pretoria personalis, ex
contractu eorum, qui alieno juri subiecti
sunt, proveniens, pecunio tenus compe-
tens, ratione administrationis peculias,
tis. Quid est actio de in rem verso?

Est actio Pretoria personalis, quae ex
contractu filijfamilias, vel Servi dati
in Patrem vel Dominum, de eo, quod
in patrimonium ejus redactum est.
idque ideo, ne quis cum alterius jactu-
ra locupletetur, non tamen in plus
teneatur quam versum est.

Titulus 8^{us}

De Noxalibus Actionibus.

Quid est actio noxalis?

Est actio quae datur contra Patrem
vel Dominum ex delicto privato, Servi
vel de pauperie

Dicitur de pauperie, quia actio de paup-
rie est etiam noxalis.

Dicitur etiam ex delicto privato Servi,
quia ex tali delicto venit poena corporalis.

Servus autem in corpore puniri potest. 165.

Titulus 9.^{us}
Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

Quid est pauperies?

Est damnum sine injuria facientis, causatum à quadrupede natura non fere, quod est contracto quodam vitio innotuit, v. g. si equus calcitro suo aliquem calce percussit; vel bos cornu petere solitus, aliquem cornu percussit.

Quid est actio de pauperie?

Actio personalis in rem scripta, qua datur lesio à bestia manifesta, contra ejus possessorem actio, ut aut noxae animal cedat, aut damnum resarciat.

Quando hæc actio locum habet?

Resp: Tunc, quando animal contra naturam sui generis ordinariam sine hominis culpa, nocuit. Quod si enim in finctu alterius nocuerit, datur

166, actio L. Aquilia contra instigantem.
Si in eo loco, ubi vulgò iter sit, animal
noctivum habeatur, et homini libero
noceat, datur actio ex Adilicio e-
dicto ad poenam arbitratiam.

Quid est Adilicium edictum?

Est species juris Pratorii, unde sequi-
tur actionem illam esse annalem.

Titulus X.
De iis per quos agere possumus.
Possumus ne agere per Procuratorem
in iudicio?

Resp. Hodie possumus, olim vero tan-
tum, cum quibusdam certis causis Procu-
rator admitteretur.

Quid est Procurator?

Qui aliena negotia ex mandato Domi-
ni administrat.

Procurator alius est ad lites, alius ad
negotia.

Procurator ad lites, est Procurator ad
negotia judicialia.

Procurator ad negotia, est Procurator
ad negotia extrajudicialia.

Quomodo vocatur Procurator Uni^{versitatis}, Collegii, Capituli, vel
alterius Communitatis? 167.

Resp: Syndicus.

Titulus II.

De Satisfactionibus.

Quid est Satisfacere?

Est adversarium suum secutum facere
de eo, quod in iudicium venit.

Quid est Satisfactio?

Est cautio, qua adversarium secutum
facimus pro eo, quod a nobis petunt,
Satis fidejussoribus aut pignoratibus.

Titulus III.

De perpetuis et temporalibus
Actionibus, et quae in heredes,
et ad heredes transeunt.

Quarum dicuntur actiones per-
petuae?

Quae olim per perpetuo, sine ulla tempo-
ri praefinitione, proponi poterant.

Quae dicuntur actiones temporales?

168. Quae uno anno vel cum certi temporis praefinitione tantum durant.

Titulus 13.

De Exceptionibus.

Quid est Exceptio?

Est actionis exclusio.

Quotuplex est Exceptio?

Alia est civilis, alia est Praetoria, Denique alia est perpetua, seu peremptoria et alia temporalis seu dilatoria: iterum alia est realis, alia personalis postremo alia est facti, alia est iuris.

Quae dicuntur Exceptiones Civiles?

Quae ex legibus, vel ex iudicis, quae legis vim obtinent, vim sortiantur.

Quae dicuntur Exceptiones Praetoriae?

Quae ex ipsius Praetoris iurisdictione substantiam capiunt.

Quae dicuntur Exceptiones perpetuae?

Quae in perpetuum agentibus obstant.

Quae dicuntur Exceptiones peremptoriae?

Resp: Quae actionem omnino perimunt. 169.

Quae dicuntur Exceptiones temporales et dilatoriae?

Quae ad tempus nocent, temporis dilationem solum tribuunt.

Quae dicuntur Exceptiones reales?

Quae rei cohaerent. Et personales quae personae.

Quae dicuntur Exceptiones facti, et quae iuris?

Facti, seu intentionis executio, quae Actoris, nullo iure agentis mentem non excludit.

Iuris, verò, quae actoris ius, id est, actionem excludit.

Quis dicitur Iudex competens?

Ille, cui res subicitur.

Quis dicitur Iudex incompetens?

Cui Res non subicitur.

Titulus 14.

De Replicationibus.

Quid est Replicatio sive Replicatio?

Secunda Actoris allegatio, vel Exceptio, una à Reo proposita conclusio.

170. Duplica Sive Duplicatio, est exclusio,
replicationis, sive est Secunda allegatio
eiusdem Rei.

Titulus 15.

De interdictis.

Quid sunt interdicta?

Sunt actiones extra ordinarias, quibus agitur de possessione vel quasi possessione; vel petitur aliquid restituere vel fieri aut vetari.

Quotuplicia sunt interdicta?

Triplicia. Alia sunt prohibitoria, alia sunt restitutoria, et alia sunt exhibitoria.

Quid sunt interdicta prohibitoria?

Quibus Procurator vetat aliquid fieri.

Quid sunt interdicta restitutoria?

Quibus Pater jubet aliquid restitui.

Quid sunt interdicta exhibitoria?

Per qua jubet Pater aliquid exhiberi.

Quotuplicia sunt Interdicta possessoria
id est, ex quibus agitur de possessione
et quasi possessione?

Tripticia, Alia sunt adipiscenda pos^{si} 171.
sessionis, alia retinenda, alia recupe^{re}
tanda possessionis.

Quid sunt interdicta adipiscenda
possessionis?

Quibus agimus ad quarendam pos^{si}
sessionem, quam non habuimus, cuius^{que}
modi est interdictum, quorum bono^{rum}
rum, quod legatorum, et interdictum
salvianum.

Quid est Edictum Salvianum?

Est interdictum, quo quis agit ad ac^{qui}
ritendam possessionem rerum, quas
colonus pro meritis fundi obliga^{vit},
vit.

Quid sunt interdicta retinenda
possessionis?

Sunt interdicta, quibus agimus ad
retinendam possessionem, quam jam
habemus, ut interdictum utrobi, et
interdictum uti possidetis.

Interdictum utrobi, datur ad retinen^{dam}
dam possessionem rerum mobilium.

Interdictum uti possidetis, datur ad
retinendam possessionem rerum immobilium.

Quid sunt Interdicta recuperanda possessionis?

Sunt interdicta, quibus agimus ad recuperandam possessionem, quam habuimus et jam amisimus, ut interdictum unde vi.

Quid est interdictum Unde vi?

Est interdictum, quod ad recuperandam possessionem datur ei, qui vi dejectus est ex possessione rei immobilis.

Titulus 16.

De Poena temerè litigantium

Quotuplex est poena temerè litigantium?

Resp: Triplex: iuramentum Calumniae, poena pecuniaria, et infamia.

Quid est iuramentum Calumniae?

Est iuramentum quo litigantes iurant sibi iustam videri, et non calumniose procedere.

Quid est Calumnia sive calumniari?

In causis civilibus est aliquem vexare per fraudes, et frustrationes: in causis criminalibus est aliquem accusare de falso crimine.

Quid est Infamia?

Est lesio estimationis seu fame.

Quotuplex est Infamia?

Duplex. Alia juris, alia facti.

Quid est Infamia Juris?

Qua infligitur a iure, vel per Legem
sententiam Iudicis.

Quid est Infamia facti?

Est que descendit solum ex iudicio
graviorum victorum, sic v.g. fur tam
diu, quamdiu non est condemnatus
de furto, laborat tantum infamia
facti; ubi vero est condemnatus
de furto, laborat etiam infamia
juris.

Titulus 17.

De Officio Iudicis.

Quid est Iudex?

Qui iurisdictioni praest.

Quid est iurisdictionis?

Est publica potestas cognoscendi
de causis criminalibus et civilibus.

Quenam in Iudice requiruntur?

174 Resp: Hæc tria: Primo, ut potestatem
judicandi habeat. Secundo, ut eam
habeat in causa, de qua lis movetur.
Tertio, ne suspectus sit illi, qui con-
venitur.

Quid est Officium Judicis?
Judicare, decernere, punire secundum
leges et consuetudines.

Quotuplex est officium Judicis?
Duplex. Aliud est nobile, aliud
mercenarium. Nobile est, quando
non interviit alicui instituta acti-
oni, v: g: in integrum restituere.
Mercenarium, quod interviit alicui
instituta actioni v: g: condemnare
emptorem ad solvendum.

Titulus 18
De publicis Judiciis.

Quid sunt publica Judicia?

Quibus agitur de delicto publico, v: g:
de crimine læsæ Majestatis, de Homici-
dio, de Parricidio, Abultio et stupro.

Quid est crimen læsæ Majestatis?

175.
Est crimen, quod committunt, si qui
aliquid hostile moliantur ad vel
sibi aut Rem publicam, vel ar-
rogant sibi aliqua, quae sunt Ma-
jestatis.

Dico, vel arrogant sibi aliqua et:
quia crimen lese Majestatis du-
plex est, scilicet perduellio, et crimen
lese Majestatis specificum.

Quid est Perduellio?

Est quando quis aliquid hostile mol-
itur, v: g: Castra vel urbes Principis
occupando, aut hostibus tradendo,
vel exercitum provocando.

Quid est crimen lese Majestatis
specificum?

Est quando quis nihil hostile molitur
sed tantum arrogat sibi ea, quae sunt
Majestatis, v: g: si quis sine licentia
Principis monetam condat, aut nova
vectigalia imponat.

Quanam est poena Perduellionis?

Resp: Est ultimum supplicium, confisca-
tio bonorum, damnatio memoriae, et liberi
quoque patria, fama et bonis privantur.

Quid est adulterium?

Est alieni Thori vel matrimonii violatio.

Quotuplex est adulterium, et
quae ejus poena?

Resp: Est duplex. Aliud simplex quod vel
inter maritum et solutam committitur, cuius
poena non est capitalis nisi in Electoratu
Saxon: vel inter solutum et conjugatam
cuius poena capitis in mare, minor in for-
mina. Aliud duplicatum quod inter con-
jugatos ab utraque parte committitur, et poena
utrobique capitalis.

Quid est Stuprum?

Est virginis vel viduae honeste vivente
defloratio.

Qua est poena Stupri?

Resp: Stuprator hodie stupratam aut
ducit aut coelat, et partum alit. Poena stu-
pri violenti est capitalis.

Quid est Fornicatio?

Est concubitus cum meretrice, seu for-
na pluribus se prostituyente, commissus.

Quid est Sodomitia?

177.
Est concubitus contra naturam comi-
sus cum persona ejusdem sexus, vel bestia,
quod sacrum fore non proficit.

Qua est poena ejus?

Resp: Est poena gladii licum homine, ignis
licum brutis comissa, et bruta quoque oc-
cidenda, ne indignam respiciant facti memo-
riam. Quid est homicidium?

Est violenta vite hominis ademptio.

Quotuplex est homicidium?

Triplex. Voluntarium, Necessarium, et
Casuale. Quid est homicidium voluntarium?

Quando quis destinata et mala volunta-
te aliquem occidit.

Quid est homicidium necessarium?

Quando quis moderamine inculpata tute-
la, et ob sui defensionem aliquem occidit.

Quid est homicidium casuale?

Quando quis non destinata voluntate, sed
casualiter aliquem occidit.

Qua est poena homicidii?

Resp: Homicidii voluntarii, seu dolosi poena
est gladii, nisi infidia magna homicidium

178. Dolosum precesserint, ut veneno preparato,
poena certa est hodie. Homicidium necessarium
et casuale plane non punitur.

Quid est Patricidium?

Quando quis occidit aliquem ex consanguineis.

Patricidium late sumptum sic definitur.
Patricidium strictè sumptum, est quando quis
occidit aliquem ex parentibus, aut liberis
v: g: si quis occidit patrem, matrem vel filium.

Quaenam est poena Patricidii?

Resp: Poena patricidii late sumpti est poena
ordinata homicidii, poena vetò patricidii
strictè sumpti, ut prius sanguinis virgis
Patricida percutiatur, postmodum infundatur
in culex, cum cane, vipera, gallo gallina,
ovo, et similia, atque ita projiciatur in mare
vel in amnem, ut privetur omni genere
elementorum, tanquam vita indignus, qui
eos occidit, per quos lumen accepit.

Quid est crimen Magia?

Est quando quis per pactum cum Satana
vitiis aliter nocet. Quod si explicitum
sit, poena ignis est: si implicitum, ut si quis

aspiciens Superstitiosis noccat, poena est. 179
gladii.

Quid est crimen falsi, et qua
ejus poena est?

Crimen falsi est dolosa veritatis imuta-
tio in damnum alterius, lege notata.
Ergo non sufficit veritatis imutatio, sed
debet etiam concurrere alterius lesio. Quod
si fraudi illa inter crimina falsi in specie
non relata, Melionatus crimen dicitur,
quod toties locum invenit, quoties alius
titulus fraudulenta machinationis de-
fuit.

Pœna falsi arbitraria est, pro qualitate
admissi, falsam monetam edens, igne
punitur, quod etiam de expendente dicitur,
modo cum illo, qui fabricavit, colluserit.

Quid est crimen viis Publicis?

Est crimen publicum, quo per violentiam
armatam aliquis damnum afficitur.

Quid est Raptus?

Est honesta persona libidinis gratia de lo-
co in locum abductio. Poena ejus est capita-
tio, etiam in focis.

Quid est crimen peculatus?

Est subtractio pecunie publica ab eo, cuius pericula et fidei non est comissa.

Quid est crimen Sacrilegii?

Est furtum rei sacre; hodie communiter ad violationem loci sacri respicitur. Poena ejus eadem est, quae furti; in Saxonia vero rote.

Quid est Plagium?

Est dolosa surreptio hominis liberi vel servi alieni.

Quid est crimen Ambitus?

Est acquisitio officii civilis, mediante pretio.

Quid est Simonia?

Est acquisitio muneris Ecclesiastici, vel rei spiritualis mediante pretio.

Quid est crimen Reputundatum?

Est acceptio pecunie pro faciendum vel non faciendum illud, ad quod, vi officii publici adstringebatur.

Quid est crimen Annonae?

Est omne factum ad inducendam caritatem.

tem rerum ad victum pertinentium, 181.
Spectans. Qui hoc committunt dicuntur
dardanarii. Poena ejus est arbitraria
quandoque etiam capitalis, si homines
fama perierint.

Quid est crimen de Residuis?

Est convectio pecunie publicae in usum
privatum, ab eo, cujus fidei et periculo
comissa fuit.

Poena hujus criminis est restitutio
rei suscepta cum tertia ejus
parte.

O: A. M: D: G: et B:

V: M: H: et S: Iron:

et S: G: N:

Finis



Appendix Regularum et Axiomatum Juris.

- Regul. 1. Accessorium sequitur suum principale.
 2. Actor sequitur forum rei.
 3. Actore non probante absolvitur Reus.
 4. Affirmanti incumbit probatio.
 5. Afflictis non e addenda afflictio. Procedit
regula, fallit autem si tractetur de alteri
us prejudicio, vel de publica utilitate, vel
ut una veniat in consequentiam alterius.
 6. Actus qui ambulatoriam voluntatem au-
 mittit, posterior semper vincit priorem.
 7. Actus ab ebrio gestus ratus esse non debet.
 8. Actus a furioso gestus nullus est.
 9. Actus putus non movetur obligationem.
 10. Allegans propriam insipientiam non audit
 eidemque nec creditur.
 11. Actus imperfectus habetur pro nullo.
 12. Actus alterius nomine gestus, habens
 ab initio omnia essentialia sola consensu
 deficiente, eo superveniente validatur.

13. Adhibens moderamen inculpata tute-
la, invasorem licite occidit. Requisi-
ta ad moderamen inculpata tutelæ sunt
hec: 1. aggressio periculosa et injusta.
2. Defensio in continenti facta, 3. Ne
ex defensione fiat aggressio.
14. Actio quæ ab initio non consistit, et post
facto non inducitur.
15. Alleganti incumbit probatio.
16. Accessorium non debet nocere suo principali.
17. Alteri per alterum non debet iniqua conditio
inferri.
18. Ad finem aliquem destinata est loci
habenda, ac si suum finem esset ad-
fecta.
19. Ad tempus concessa est lapsu censetur regula.
20. Alteri per alterum non queritur.
21. Actio, quæ alieni est, si vel quasita per suum
pervenientem casum non extinguitur.
22. Animal non estimatur secundum terram
in qua graditur, sed secundum aërem in quo
spiritatur.
23. Ad fundam intentionem actus. Reus non
tenetur edere instrumenta. Excipe nisi instru-
mento eget ad fundandam exceptionem. Item si

184. aquitas suadeat edi instrumenta, si v. g.
instrumentum sit proprium Actotis.

24. Actus metu gesti tenent.

25. Actor in actione reali n̄ tenetur in libello
causam remotam, sed tantum proximam
exprimere. Causa proxima in actionibus
realibus est dominium v quasi, aut ius in
re specificum, remota est titulus domini,
ut si vindicem equam a Titio, quia suum
dominus est empto, hac causa proxima
hujus vindicationis est dominium, remo
ta titulus emptionis.

26. Actio ex Stipulatione datur m̄ in heredem.
Hac regula procedit tam in dividiis, quam
in individuis, hac tamen differentia est,
quod ex Stipulatione dividia se propietate
res ab obligatione liberare per se constat,
nam partis, non autem in individuis.

27. Casus exceptus, firmat regulam in casibus
non exceptis.

28. Coacta voluntas ubique est voluntas.

29. Conditio actui apposita effectum eius super
dit ac differt, donec existat.

30. Cujus juris est actus, eiusdem juris est di
stinctus.

31. Casus fortuitus nocet domino.

- 32. Contractantes non quam se presumuntur
ad casum obligare.
- 33. Cui licet quod plus est, licet utique quod
minus est.
- 34. Crimen unius alteri obesse non debet, nec potest.
- 35. Cui non competit ius agendi, illi nec compe-
tit actionem remittendi, aut novandi.
- 36. Concesso aliquo, videntur omnia concessa,
qua necessario eo spectant.
- 37. Cum de fide agitur, culpanda ne h^{is} fortuna.
- 38. Conceptus in libi favorabilibus habetur pro nato.
- 39. Culpa culposo, et mora moroso nocere debet.
- 40. Corrente principali, corrumpit et accessorium.
- 41. Condicio formam negotio praescribit, qua
omnis dispositio habet sortitur effectum.
- 42. Culpa caretis, qui facit id, quod consuetum
est communiter fieri.
- 43. Consuetudo partialis non tollitur per legem
generalem subsequenter, nisi in lege gene-
rali Ipsa subiciat clausulam, et dicat volu-
mus hanc legem observari ab omnibus non
obstante quacunque consuetudine in contrarium.
- 44. Contractus meta gesti tenent, sive sint

186. C. f. sive stricti juris, daturque ex illis ad.
Quia tamen equum non est, ut ille qui metu
aliquid promissit, rigide exequiatur, ideo si
post promittenti aliquid metu suo dedit rem
dia, nempe: actionem quod metus causa,
et exceptionem quod metus causa.

45. Confitenti creditur, et confessio nocet con-
fidenti. Excipe nisi causa excolet confite-
tem, uti si Titius interrogatus respon-
deat se esse heredem, et postea accepto
testamento appareat, quod non sit heres.
sed exheredatus.

46. Compensatio habet locum in contractibus
et ultimis voluntatibus. Excipe in causa
depositi, et momentanea possessionis.

47. Confessus crimen non est prius puniendus, antequam
de corpore delicti constet.

48. De duobus malis minimum est eligendum.
Procedit hac regula in malis poena prout
in damnis, periculis et huiusmodi. Secus
autem est in malis culpa h. e. in peccatis,
quia nemo de malis culpa in minimum
eligere debet.

49. De modicis non est curandum, vel modica
non curat Diabolus. Nisi modica essent efra-
ctalia.

0. De occultis non iudicat Pater.

51. De quo enim nequissimum cognoscere Mandatis, de eo nec Mandata dno potest.

52. Deceptis nō decipientibus iura succurrunt.

53. Domino quā domino pro re sua nulla datur actio personalis seu realis. Casus autem exceptus ē in conditione fustiva, quā datur pro re sua quā domino.

54. Delicta suos tenent Authores.

56. Dispos^o hominis facit cessare dispositionē legis.

57. Durante causa durat effectus.

58. Deponenti debet reddi res deposita. Exi-
pē si futura restitutio sit documenta de-
ponenti, uti furiosus si repetat gladium
ante bellum, iuste denegatur ei restitutio,
et debet denegari.

59. Debitor qui promisit simpliciter, quod
creditori suo solvere velit, ipsi numos
in quacunque moneta solvere potest.
Exi-
pē nisi creditor per hoc, quod ipsi
nummi in alia specie solvantur, quā
eos mutuos dedit, pati deberet damnum,
cogeretur debitor solvere in pecunia, quā
eos accepit.

60. Eius est nolle, qui potest velle.
61. Effectu juris nemo censetur fecisse, qui nolens facit, aut invitus passus est, aut vi vel metu coactus perfecit.
62. Extra territorium jus dicenti impune non paretur.
63. Ex qua persona quis lucrum capit, ejus facta praestare tenetur.
64. Extinctio jure concedentis, extinguitur etiam jus accipientis.
65. Ex facto male tamdiu presumitur animus malus, donec probetur contrarium.
66. Ea, quae specialis concessionis sunt, alteri demandari nequeunt.
67. Expense in studia non veniunt in collationem. Casus exceptus si de alia mente patris constet, vel tacite vel expresse.
68. Ex delicto defuncti non datur actio contra heredem, nisi lis cum defuncto jam fuisset contestata, aut quis ad eum pervenerit. In re tamen Can: hoc tenetur in conscientia ad restitutionem, et reparationem a defuncto damni dati, non tamen ultra vires hereditarias.

69. Facta non presumuntur sed probari de^{nt}. 189

70. Factum cuique suum n^o alteri nocere debet.

71. Favori pro se introducto quisvis potest re^{nt} nunciare.

72. Fraus sua nemini debet prodesse.

73. Fidejussor non potest condemnari
acti in interesse propter moram
principalis, si fidejussor non sit simul
in mora. Casus exceptus 1^o nisi fide-
jussor fidejussit, et se obligasset in omnem
casum et eventum. 2^{do} si fidejussor se
simul ex parte obligasset ad interesse
et mora principalis debitoris.

74. Filius familias testamentum condere requirit.
ab hac est exceptio, si peculium castren-
se vel quasi castrense habeat, quia in
eis habetur pro patre familias.

75. Fidejussio venit dirigenda secundum
tenorem principalis obligationis, et non
potest esse plus in fidejussione, quam
sit in obligatione principali.

76. Fidejussori competit beneficium divisi-
onis. Excipitur nisi se fidejussor sua ma-
tutia praestaret id est: negasset se fidejussor.

190. rem, et convictus fuerit. De excipitur
si huic beneficio fidejussor specialiter
renunciasset, non amplius competit illi.
Dico Specialiter Nam sicut renuntiatio
generalis non sufficit ad privationem be-
neficij ordinis, ita neque generalis suffi-
cit ad amissionem beneficij divisionis.
77. Habitio remedii ordinatio non est recur-
renum ad extra ordinatum.
78. Hares tenetur prestare factum defuncti.
79. Habitio pluribus remediis neglecto uno i-
via ad aliud non est preclusa.
80. Furi suo renunciare presumitur, qui ju-
ri suo contrarium facit.
81. In necessitate extrema, omnia sunt communia.
82. In dubio melior est conditio possidentis.
83. Inferior non potest dispensare in lege
superioris. Nisi in quantum ab ipso
dispensandi potestatem accepit.
84. Ignorantia facti nemini nocet, liberat
quoque à poena.
85. Ignorantia juris ignorantem nocet.
86. In actu valido utile per inutile non
debet vitari.
87. In pari causa potior est conditio possidentis.

88. Juramentum est servandum toties quo-¹⁹¹
ties non vergit in dispendium animæ
jurantis, et præjudicium testii.
89. Iudicium ibi finendum est, ubi inchoatum.
90. Inklusio unius est exclusio alterius.
91. Ignorantis nullus est consensus.
92. Interitus rei nocet Domino.
93. In dubio eligitur interpretatio pro actus
94. validitate.
95. In quocunque contractu verò alterius in-
teresse cessat, ibi poenitere quocunque tem-
pore possum.
96. In quod ad solemnitatem actus requiritur
eo tempore dum actus geritur adesse debet.
97. In qualibet re attenditur principium.
98. Ignoranti nulla est custodia.
99. Injuria est alterius jundum ingredi prohi-
bente Domino, cum alteri per alterum
non debeat iniqua conditio inferri.
100. Invito creditore aliud pro alio non obtunditur.
101. Iudex delegatus non potest subdelegare
nisi sit delegatus à Principe tunc enim
talis comparatur Iudici ordinario.

101. Ille idoneus est fidejussor, qui est idoneus facultate conveniendi, et etiam facultatis. Cur? Ab hac regula excipiuntur personae familiares, quae satisfaciunt, licet non praestent fidejussorem idoneum facultatibus conveniendi, praestent tamen idoneum facultatibus. Sic v. g. à patre, patre, fratre, uxore, genero, nuru, Socero, qualicumque fidejussor accipitur modo ab idoneis facultatibus, propter reverentiam his personis debitam.

102. Iudex debet Legi aequitatem. Excipere nisi ex precepto velit Lex, ut rigor juris aequitati praefertur.

103. Iudex non potest eum condemnare ad mortem, quem certo scit innocentem, licet publice probetur nocens.

104. In alieno agro non licet pascere, nisi permitteret hoc consuetudo, uti plerumque permittit post messim, et collectionem fructuum, solum etiam fieri si ager non anno quiescat, et talis ager de jure vocatur mortuus, quia domino hic nulla fit injuria, nisi ipse met vellet sibi sua pectora pascere.

105. Interitus speciei, nocet creditori speciei,
 106. et liberat debitorem speciei.

Judex debet sententiam ferre certam.
 Casus tamen sunt excepti, ubi certam nō
 potest ferre sententiam. Primus in obliga-
 tionibus alternativis. 2^{us} casus in nota-
 tibus actionibus.

107. In delictis publicis non admittitur procu-
 rator. Excipitur 1^o casus pro reo ad exten-
 sationem absentis. 2^{us} casus est exceptus
 in personis illustribus et superillustribus,
 qui in actione injuriarum possunt se de-
 fendere per procuratorem, et etiam inten-
 tare contra alios per procuratorem.

108. Judex a quo pendente appellatione ni-
 hil potest innovare. Excipere nisi ap-
 pellans frivole appellaret, aut notorie
 injuste. Item nisi appellans suspectus
 sit de fuga, tunc enim judex a quo cum
 potest incarceratione, aut appellans bona
 sua dilapidat, vel destruit, tunc enim
 Judex a quo in hoc potest attentare et
 liquescere ea.

109. A quo pendente nihil innovandum.
 110. Licito fine, licita sunt media.

Lex Canonica n^o p^ot legem civilem regulari
 rifet abrogare, quia Lex civilis non est
 ordinata Legi Canonica, cum tam bene in
 foro civili Lex civilis est Suprema, quam
 Lex Canonica in foro C^on: est Suprema.
 Excipe 1^o Si agatur materia Spiritualis
 v. etiam elevata ad Spiritualem, uti est ma-
 trimonium. Tunc enim in tali casu o^oper
 potius standum est Legi Canonica, adeo ut
 Jude^o & laicus nec independenter de ca^o matri-
 moniali, cum spectet ad forum Canonicum,
 cognoscere possit. 2^o ubi materia versatur
 in periculo peccati, tunc enim etiam in tali
 ma^o Lex C^on: etiam potest abrogare Civi-
 lem, et standum erit Legi Canonica, sicut
 v. g: leges civiles permittunt usuras, for-
 mationes, leges autem Canonicae usuras
 prohibent. 3^o Si Jus Civile foveat lu-
 crum odiosum, tunc standum est potius
 juri Canonico.

III. dicit extendere legem per interpretationem
 argumento desumpto a Similitudine rationis.
 ut autem haec regula procedat requiritur, ut
 casus ille, ad quem extensio legis est simili-
 tudine rationis fieri debet, n^o sit aliter dispositus
 per expressam legem, quia si supra se p^oteretur atque
 a simili pro eo casu, quia arguta n^o p^ot prevalere e^o p^oter

Legis dispositioni.

Reso ex justa causa datur restitutio, nisi tem-
 poris à Legge constitutum jam sit elapsum pro
 petenda restitutione.

17. Mulier maritum sequitur, et ad domicilium
 ejus destinatur.

18. Mulier durante matrimonio nihil sibi ac-
 quirif, sed omnia marito acquirit.

19. Mendax peccator penitus carcat impetratis.

20. Mores illos, quos quis in se probat, in aliis im-
 itare non debet.

21. Minor non potest petere restitutionem con-
 tra amissam hereditatem, si res non sit in-
 tegra. Excipe in minorene suo, nam si
 minorennis suus heres ab hereditate sui
 patris se abstinuit, potest tamen petere
 restitutionem, licet res jam non sit integra.

22. Mandans potest revocare mandatum.

23. Mandans homicidium tenetur ordinariis
 poenis homicidii, et in Leg. Corneliam invidet.

Excipe nisi mandans mandatum homici-
 dii tempestive revocaret, et prohibuisset
 ne mandatarius mandatum exequatur
 Tunc etiam ordinariis homicidii poenis

196. ampliùs puniri non potest, quia Deficit
voluntas illius, à qua totum mandatum
dependebat; et quod cesserit voluntas
illius jam etiam cessat conatus ad ho-
micidium. Quia cessante causa cessat et
effectus.

122. Non debet censeri sententia iudicis ratio-
qua n. fertur secundum allegata et probata.

123. Nulla regula est tam firma, n. patiatur
exceptionem.

124. Necessitas non habet legem.

125. Non omne quod licet, honestum est.

126. Non praestat impedimentum, quod non ostendi-
tur de iure effectum.

127. Nullum negotium recte gestum, defectu
animi vel corporis superveniens perimitur.

128. Nemo tenetur invitus suum alienare.
Nisi publica necessitas id exigat.

129. Nemo inaudita causa condemnari debet.

130. Non potest actus valere sine requisito
essentiali.

131. Nemo potest alterius res alienare. Excep-
tione nisi habeat mandatum ab ipso, se ipse alienare.

133. Nemo tibi potest legem dicere, à qua ite- 197
rum non possis recedere. Hec regula
maxime procedit in actibus solitariis,
non cum alio gestis; nam si cum alio quid
gestum, obtinet regula: Quae ab initio
sunt voluntatis, ex post sunt necessitatis;
et nemo consilium mutare potest suum
in alterius damnum.

134. Nemo debet cum alterius damno locu-
pletari.

135. Non valenti agere n̄ curit praescriptio.

136. Nemo potest suo facto contravenire.
Eccepi nisi factum esset nullum.

137. Nemo in rem suam auctor esse debet.

138. Non tantum nos sed et heredes nostros
obligamus, sicut et vice versa: non tan-
tum nobis, sed et heredibus nostris contra-
himus.

139. Non censetur velle quis, qui id, quod in
sua potestate est, dedit in casum.

140. Nemo paganus pro parte testatus, et pro
parte intestatus decedere potest.

141. Nemo tenetur invitus alteri benefacere.

142. Nemo invitus re sua carere debet.

198.
142. Nemo tenetur ad poenam ante sententiam.
143. Nemo invitatus in comunione detinendus.
144. Nulla intelligitur ibi mora fieri, ubi nulla petitio est.
145. Nemo sine provia citatione debet compareri, neque acta sine ea valent. Adde ut nec obstat populi tolli citatio, aut consuetudo inducere, ut acta sine citatione valeant, quia illa est irrationalis, utpote inducta contra jus naturale et Divinum.
146. Nemo Index esse potest in propria causa, sed debet ire ad Iudicem ad id constitutum. Excipere nisi sit periculum in mora.
147. Nulla et illicita sunt iuramenta, quae non possunt impleri sine peccato, cum impii sit promissio, quae scelere venit adimplenda.
148. Volenti et invito non acquiritur Beneficium.
149. Nemo potest plus juris in alterum transferre, quam ipse habet, quia nemo dat quod non habet.
150. Ob casum fortuitum nemo regulariter tenetur.

17. Officium orum nemini debet esse damnum.
18. Oportet causam intactam servare, quam ea laesa remedium quaerere.
19. Omnis actus contra leges gestus est ipso iure nullus, licet sit iuratus. R. D. C. de L.
20. Omnis contractus ab initio est voluntas, si, ex post sit necessitatis.
21. Paria delicta mutua compensatione tolluntur.
22. Promptiora sunt iura ad absolvendum, quam condemnandum: quia iudicia hoc ipso, quod humana sint, etiam humano modo administrati debent.
23. Propria confessio est optima probatio: cum nemo censetur sponte sibi injuriam facere velle.
24. Plus creditur duobus testibus affirmantibus, quam mille negantibus. Hoc est: quando duo testes omni exceptione maiores affirmant, se aliquid sensu proprio percipere, tum etsi alii absolute negent ipso: id scire, plus illis duobus, quam omnibus negantibus credendum test.
25. Presumitur ignorantia ubi non probatur scientia.

100. Presumptio transfert onus probandi in adver-
sarium.

101. Pacta et conventiones sunt servanda.

102. Parati aut minor Superiori non potest
prescribere legem; quia par in parem
non habet imperium.

103. Proceps non debet inhoari ab executione.
Et si p^risus si quis sit suspectus de fuga
et non possideat bona immobilia, tunc poss^{et}
se arrestari.

104. Pacta dant legem contractibus. Pacta poss^{unt}
sunt apponi contractibus, si proprietates
eorum non laedant. Proprietates autem
sunt vel substantiales vel naturales.
Substantiales sunt, quae essentiam contractus
constituunt, ut in emptione est proprie-
tas substantialis pretium consistens in
pecunia. Super his n^{on} pot^{est} apponi pactum.
Naturales proprietates dicuntur illae,
quae possunt abesse a contractu salva sub-
stantia v: g: in emptione culpa levis, e-
victio rei etc.; et super his est intelligen-
da haec regula iuris pacta dant legem
contractibus, quoad Substantia-
lia non, sed quoad naturalia.

Privilegium etiam comprehendit eos, sine quibus inutile esset illi, cui datum est.

Pacta privatorum non possunt derogare bono publico.

Propter quod unum quodque est tale, ipsum est magis tale.

Quod valet quod in opinione est, quam quod in veritate, cum opinio pugnet cum voluntate.

Presumptio adveniente veritate cessat.

Posterior voluntas derogat priori.

Pacta privatorum non possunt ius commune et publicum immutare.

Actum appositum contra substantiam actus, facit actum transire in aliam speciem.

De quo stat presumptio ille non est gravior, quod.

Reverentia oblata, et deposita instar soluti, omnis est, et sistit cultum usuarum.

Pacta posteriora derogant prioribus. L. 2.

Cod. de Pact.

Pater si velit potest filio dare legitimam in vivo, si tamen pater legitimam filio in vivo extraxerit, debet eam postea in aliqua alia parte hereditatis instituisse alioquin non valeret testamentum.

177. Per matrimonium initum ante tempus
pubertatis non extinguitur pupillaris
substitutio. Excipe nisi ex inito ante
14. annum matrimonio pupillo fuisset
nati liberi.

178. Presumptio iuris et de iure probationem
in contrarium non admittit. Ad hac re-
gula excipiuntur duo casus, ubi admittitur
probationem in contrarium. 1^o casus est
confessio adversarii. 2^o est notorium
permanens. Notorium permanens est
illud, quando res est ita nota, ut nemo con-
trahat. Notorium transiens dicitur
illud, quando quidem de rei veritate per plu-
rimos constat, non constat tamen ita, ut
aliqui non possent contradicere.

179. Post solutionem factam fideiussor non potest
amplius petere, ut principalis sibi cedat
actionem contra reliquos suos confidejusso-
res. Excipe nisi solvens fideiussor con-
venisset cum Creditore, cui solvit, ut etiam
post solutionem factam sibi cedat actiones.

180. Post litem contestatam recusatio suspecti iudi-
cis amplius opponi non potest. Excipe nisi
nisi ca post litem contestatam primo emer-
gat.

- Qui non habet in ore tuat in pelle.
- Qui jure suo utitur, nemini injuriam facit.
- Qui prior est tempore potior est jure.
- Qui sentit commodum, sentiat et onus.
vel Comoda qui sentit, jungat onus eum,
 lumentis.
- Quod quis per alium facit, ipse fecisse videtur.
- Quod vero alicui suo non licet nomine, nec
 alieno licebit.
- Quoties solennitas ad actum aliquem necessaria non observatur, toties actus ipse jure nullus.
- Quae contra jus fiunt debent utique pro infectis haberi.
- Qui facit, quod facere non debet, non videtur facere, quod facere jussus est.
- Qui non facit, quod facere debet, videtur facere adversus ea, quia non facit.
- Quilibet praesumitur bonus, donec probetur malus.
- Qui semel est malus semper praesumitur malus.
- Quilibet est rerum suarum moderator et artiter.
- Quod a majori parte fit, idem est ac si factum fuisset a toto.

204.
195. Qui Principi resistit ordinationi Dei resistit.
196. Quivis potest juri suo renunciare.
197. Qui laeet, cum loqui debeat, consentire videtur.
198. Qui non sentit incommodum, non debet sentire commodum.
199. Quoties concurrant plures actiones ejusdem rei nomine, una quibet est petiti debet.
200. Quaecunque via est honesta ad salvandam vitam, et sanguinem suum redimendam.
201. Quod dictum est de uno correlativo in favorabilibus, debet etiam dici de altero.
202. Quod sit lege permittente, poenam non meretur.
203. Quod nullum est, nullum operatur effectum.
204. Quoties ex facto alterius procedente jus agendi nobis competit, toties est actio personalis.
205. Quoties causa non est in arbitrio partium, seu non est transfigibilis, solles quoque non est prorogabilis, v.g. causa criminis, matrimonialis, feudalis, et: Porro Quaecunque causa privilegiatum iudicem habet, illa non est prorogabilis.

- Quod omnes tangit ab omnibus debet approbati.
- Quae certa sunt non egent amplius certificatione.
- Quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.
- Quod semel placuit, displicere non debet.
- Quod personale est personam non egreditur.
- Quoties per poenam intenditur satisfactio civium inter se, adeoque illa parti laesa applicatur, toties observanda regula Iustitiae commutativa. Quoties autem intenditur satisfactio Reipublicae, toties poena pertinet ad Iustitiam distributivam.
- Quoties in re aliqua aliquid nostrum est, toties adest ius in re.
- Quoties ergo gratis transigitur Super te duntaxat, toties non transactio sed pactum est.
- Quicumque non habet potestatem alienandi, ille non habebit potestatem transigendi.
- Qui ipse non habet personam standi in iudicio, ille nec alium procuratorem dare potest.
- Quoties vel favor publicus, vel pia causa vel periculum in mora concurrat, toties est causa Summaria.

- 217. Quotiescunque enim alteri in re mea
jus concepit, toties alterius causa potior
est, quam mea.
- 218. Quidcunque se fundat in iure singulari, iure
servitute, sive privilegio, et inde dependen-
te iure prohibendi, illi competit actio cen-
satoria. E contra. Quidcunque se fundat
in libertate naturali, illi competit actio
negatoria.
- 219. Quacunque ratione femina pro alio
intercedit, eo casu non obligatur.
E contra. Quoties femina nullo modo su-
um negotium gerit, toties cessat Status
Vellejarum.
- 220. Quocunque exceptio constat cedenti, illa
etiam obstat cessionario.
- 221. Quoties non mutatur debitor, toties usu-
ra usurarum exigi non possunt.
- 222. Quocunque potuit cedere ante cessionem,
illa potest cessionarius post cessionem.
- 223. Quoties actiones tendunt ad idem, toties
cumulari sive concurrere non possunt.
- 224. Quod instrumentum non cantat, nec nos
cantare debemus.
- 225. Quae specialis conceptionis est, alteri demandari nequeunt.

- Quoties autem ius pro forma requiritur con-
sensum praecedentem, toties ratihabitio
effectu suo destituitur.
- Quaecunque donatio donantem non reddit
pauperiorem, aut accipientem ditio-
rem, illa permissa est inter conjugis.
- Quoties enim in sponsalibus tale quid su-
pervenit, quod, si ab initio adquisisset, con-
sensum sponsalium impedivisset, toties
admittitur repudium.
- Quicquid enim a lege negotiis civilibus pra-
scribitur, illud semper ad formam substanti-
alem referendum.
- Quoties conatus jam transiit in speciale
delictum, toties puniendus etiam non
secundo facto.
- Quae parum distant distare non videntur.
- Quod concessum est inter vivos, non est de-
negandum in ultima voluntate. Nisi
lex concedens sit correctoria.
- Qui semel est haeres semper manet haeres.
- Quod voluit non potuit, et quod potuit noluit.
- Quod ab initio non valet ex postfacto non convalescit.

236. Qui non potest testari, neque codicillari potest.
237. Quando actus non valet ut agitur, valet ut valet per.
238. Quae per naturam rei certa sunt, non morantur obligationem, licet ignorentur.
239. Quod nullum est nullum operatur effectum.
240. Quilibet juri suo, sed non favori publico potest renunciare, quia interest publico, ut quis re sua bene utatur.
241. Quod nullius est ex ratione naturali cedet occupanti, ex eo quia quod alicui prodest et alteri non nocet, facile ei est concedendum.
242. Quod est introductum in favorem non debet retorqueri in eorum.
243. Qui vult antecedens, vult etiam consequens.
244. Quilibet praesumitur talis, qualis apparet in verbis aut factis.
245. Qui assequitur id, quod jure permittit, nemini censetur facere injuriam.
246. Quando bonus actus potest praesumi, non est presumendus malus.
247. Qui parit malis, nocet bonis.
248. Quod pro omnibus datum, laesatur ab omnibus.

- 209.
- Qui frangit fidem, frangatur fides eadem.
- Quidquid uxor stante matrimonio acquirit, ex bonis mariti acquisivisse censetur, ad evitandam turpis lucti suspitionem. L. si. ff. de Donat. inter Vir. & Uxor.
- Qui contra iura mercatur presumitur esse in dolo.
- Quando turpitudine tenetur ex parte accipientis, potest datum repeti conditione oblatam causam, modo aliquid sit datum ante exercitum turpis actus.
- Quod si extraneus sit institutus in testamento patris, tunc si non adeat hereditatem, substitutio pupillaris cassatur. Excipitur ab hac regula substitutio pupillaris à milite facta.
- Qui prohibitus est per testatorem, non potest alienare rem illam. Excipere nisi illi in quorum favorem testator rem alienari prohibuit, consentiat in alienationem.
- Quodlibet ius in se est servandum fore, et ius canonicum non derogat iuri civili nisi tractetur materia spiritualis ad spiritalem elevata, aut agatur de peccato vitando, aut lucro odioso.

247.
256. Res iudicata pro veritate accipitur.

257. Res inter alios acta, aliud nec prodest, nec
obest.

258. Resolutio iure dantis, resolvitur et ius acci-
pientis.

259. Rationabilis comparatur mandato.

260. Rerum dominia Traditionibus et usufructu-
nibus transferuntur.

261. Reus debet conveniri coram suo Iudice si-
bi competente. Excipitur causa reconven-
tionis, nam in ea potest etiam aliquis conve-
niri coram Iudice non suo.

262. Reus conventus potest actorem in qualibet
causa reconvenire. Excipitur causa crimi-
nalis, si in illa etiam agatur crimina-
liter, tum in ea non est locus reconven-
tionis, quia non delatione criminis, sed
legitima purgatione reus fit innocens.

263. Scienti et consentienti non fit injuria.

264. Scientes et consentientes pari poena puniun-
tur. Procedit hac regula, si consentiens po-
terat prohibere, et non prohibuit.

265. Satius est nocentem absolvere, quam in-
nocentem condemnare.

266. Spoliatus ante omnia est restituendus. Excipe nisi
agatur de ipso spolio.

87. Sibi quilibet est proximior, cum charitas incipiat à se.

88. Semper sexus masculinus etiam foeminaum continet.

89. Super alimentis testamento relictis non licet legatario transigere nisi legatarius per transactionem conditionem suam faciat meliorem, quia quod est inductum in favorem non debet in odium retorqueri. De alimentis proteritis transigere licet.

90. Super criminibus strictè capitalibus licet transigere.

91. Si exheredatus petat sibi relictum ex testamento in quo exheredatus, censetur quærela renunciare. Excipere nisi legatum ex eo testamento petere et officium sui necessitate.

92. Si mulier pro aliquo intercedat non est ipso jure tuta sed tantum opre exceptitiois. Casus exceptus est tunc, si mulier intercedat pro marito suo, est ipso jure tuta, ex eo, quia metu coacta censetur pro eo fidei, iudicare, ob reverentiam.

93. Si error, vel teneat ex parte tradentis non impedit usucapionem. Excipere in emptione.

et venditione, nam si Titius mihi rem tra-
dat per errorem et causa emptio-
nis, et aperi-
te rei nulla emptio praescripta, non potest
illam rem usucapere. 7^o ex eo, quia cum
emptio sit quodammodo inter homines, et con-
tractus valde frequens et acceptatus, accipitur
ideo in eo est cautela procedendum. 8^o quia
in alijs contractionibus sufficit v. f. tempo-
re traditionis, licet non adit tempore pro-
missionis. In emptione autem etiam requi-
ritur v. f. tempore promissionis. Sic potest
sum a Titio stipulati rem, quae est Cay, et
si mihi eam tradat, sufficit, quod credam
tempore traditionis eam esse Titij, et possim
eam usucapere, quia possum credere, quod
Titius, ut se liberalem in me esse sciat,
eam a Cayo emit, et eam mihi tradat. In
emptione hac non sufficit, sed ego tempore
promissionis seu emptio-
nis credere debeo,
quod res empti sit Titij, aliter eam usucapere
non possem: quia improbum est pretio
rem alienam ac se velle attrahere;

274. Stipulatio alteri facta non valet. Accipitur
nisi inter iuris interpretationem alter habeatur
per eadem personam.

275. Tutrogatum sapientiam iuram ejus, in cuius locum sit,
rogatum est.

76. Testis sanguineus esse non potest, nisi ²⁷³
per alios probari nequit, unde pater potest
esse testis super statu filii.

77. Testis in propria causa nemo potest esse.

78. Testis quoties, super actu voluntaria In-
iuditionis contravertitur nascitur, an legiti-
time gestus sit, iudex competens adendum
est.

79. Traditione transferantur rerum dominia
et communicantur. Ab hac regula excepta est
universalis Societas, qua transfert domini-
um de socio in socium sine omni traditio-
ne.

80. Testis aequipollens in iure admittitur, quo-
tius alterius non interest alterum praesenti
fieri.

81. Testator non potest decedere pro parte temporis
testatus, et pro parte intestatus.

82. Testis praesumitur solus, quoties quis, quid
facit, quod est de genere prohibitorum.

83. Unus testis nullus testis. Vel vox uni-
us vox nullius. Vel non in unius sed in ore
duorum vel trium stat omne verbum.

84. Ubi lex non distinguit nec nos distinguere
debemus.

85. Ubi in conditione electa est persona in-

217. Iustitia, aut aliter apparet id actum esse
re a persona recedatur, aliud alterius no-
mine conditionem implere non potest.

286. Ut actus sit validus tria copulativè con-
currere debent. 1^o personæ agentis, et cum
qua agitur habilitas ac potestas 2^o rei de
qua agitur aptitudo, ut scilicet possit in
hunc actum rectè deduci. 3^o iuxta agentis
causa et formam lege præscripta.

287. Unum quodque eodem modo tollitur, quo col-
ligatum est.

289. Ubi res viâ iuris non auferitur, sed viâ facti,
ibi evictio non præstat.

290. Ubi quis delinquit ibi puniendus.

291. Vim vi repellere licet.

Quod si plures

Concurrant actiones ad semel hæc 4^æ sunt

Regule observanda sunt:

1^æ Quando conveniunt plures actiones rei
persecutoria, una alteram consumit.

2^æ Regula est: Si concurrant actio mixta
et rei persecutoria, et prius egi illâ, in qua
plura est, non possum amplius agere altera.

3^{ia} Regula est: Quod si conveniant petitio
poenalis, et rei persecutoria, una alteram

non consumit, quia tendunt ad diversum
finem, una ad poenam, et altera ad rem
recipiendam.

Regula 4^{ta} est. Quando concurrunt due
actiones pœnales, tunc vel concurrunt
ex eodem delicto, v. ex diverso, si ex eodem
delicto concurrant, subdistinguo, vel eã egi
in qua minus est, possum deinde adhuc
agere eã in qua plus est. Si autem
plures actiones ex diverso delicto
concurrant, una non con-
sumit alteram.

Omnia majori Divino dentur
honori.

et B: V: M:

In
Sequentibus versibus exhibentur casus,
in quibus Leges pœnales tacite con-
trahi voluerunt.

Dos, nati, Fictus, fideicomissa, minorque
Prædia qui locat, aut si sint urbana: reflectat.

Finis.

216. Cum autem in hac mea Synopsi Juris Ci-
vilis Libr: 1. Tit: 9. Servorum gleba adscripti-
tionum; qui etiam alios vocantur proprii
homines vulgo Subditi. Ut Ultrapontanus
mentionem fecerim; ideoque necessarium
exduci pro meliori capta hujus materiae
de Servis ad finem hujus operis mei de
nostriis Subditis Sylessiacis praesertim Du-
catibus Oppoliensis et Rastiboriensis aliquam
in hac Synopsi adnectere.

Disertatio De Domino et Servo vel potius hominibus propriis.

§. I.
Dominus re ipsa est unus t. Corinth: 8. v. 6.
cujus nois invocatur Regulator noster Elementa
Juris Civ: incipit proim: Juris cui in hereditatem
et legata relinquere fas est. vid. L. 26. C. de Sacto-
saetis Ecclesiis. Nihilominus tamen in hoc Fi-
culo salutantur Dectorum Discipuli, Reinhardo.
de Reg: Secul. et Eccles: Lib: 1. tit. 1. c. 2. n. 7. Spes
videlicet et Reges, praesertim vero in Jure nostro
Imperat. Roman: L. 9. ad L. Rhod: de jactu. Et
hoc ipso predicato Status Comitum et Baronum
a Statu Equestri in Statibus Ducatus Oppoli-
et Rastiboriensis distinguitur. Ordinat: Terren

stri fol: 2. fol: 11. Diff: 9. fol: 13 Diff: 23. et
 sabim alibi. Imo et quilibet habens servum
 Enus appellatur §. 2. Inst: de Libertin: et tan-
 dem generaliter quilibet rerum suarum dicitur
 §. 25. 26. 27. 29. Instit: de R: Div: et acquit:
 eorum Dom: L: 25. f. eod. L. 27. C. Mandat: etiam
 si usufructum non habuerit. L. 1. §. 1. ad L. cum
 Silanian et Claudian: Nos hic Enum dicimus
 illum qui hos proprios h't, sive is fuerit ex Ita-
 lia Comitum aut Baronum, sive Palatorum,
 sive Equitum vel in Civium, nam his quatuor
 Status hoc jus competit. fol: 45. Diff: 2. argt.
 fol: 55. Diff: 2. Ordinat: Imperat: licet his ultimis
 per Comitiorum Conclus: de Anno 1620. die 19.
 Octobr: ademptum videatur.

§. 2.

Et quamvis Servitus illa antiqua, hodie in
 Germania n' habeat Usu Stath: de S: Perso-
 nali Lib: 1. tit: 1. c. 2. n. 1. quippe qua ubique
 locorum inter Christianos est abrogata, Magni
 ficus Enus Strijk. in Usu Moderno tit: de Sta-
 tu hom: §. 2. nisi qd invidet a fidelibus capti,
 equissimo respectu Duce, pro servis habeantur.
 Nam: Libet. tit: 1. c. 4. n. 1. Brunne mann in
 Exercit: §. ad Inst: tit: de Duce personarum §. 3.
 n. 2. Strijk. loco cit: §. 3. nihilominus reje-
 in Subditos quos hos proprios alias vocant
 adhuc quodam umbra dicta Servitutis reperitur.

278. Nam: cit. Loc. c. 2. n. 2. et notam servitutem
fieri, scilicet quatenus à Dñis acquiruntur,
posuuntur, venduntur, vindicantur.
Brunnem: Loc: cit: §. 2. n. 7. et hinc à Servitutibus
ad hoc argumentamur. Lauterbach. in Comp:
Juris ad Tit. De Statu hom: scilicet in iud, ubi
diversitatis ratio ostendi n potest. Dñs Sygk
in Annot: ad Compens: Lauterbach: tit. de
Stat: hom: ad voc: argumentamur. Nevius
Tract: novum in iud, de iud, de iud,
und Abfolgung der Canons. Causa. Causa.
i. n. 31. §. 3.

Disceptant itaque inter se Dd: quidam, num hi
propterea hōes per Germaniam sint Servi vel Libe-
ri, vel quorsum tandem transferendi; de quibus
vid. Dñs Sygk in Usu Moderno Loc: cit: §. 5.
Nos cum eodem Dño Sygkio, existimamus,
eodem dici posse in eodem statu esse, quo
et liberi Loc: cit: §. eod: conf: Nevius Quast:
i. n. 35. Nam: Lib: 3. c. 2. n. 3. Brunnem:
cit: Loc: Quod Silisiam attinet, ibi certi Dñs
ē, hosce ita dictos hōes proprios, n Servorum sed
Libertorum statui annumerari, uti conclusum
in Adventu Spum et Statuum publico s. 1654.
die 12 Oct. hinc in in hoc concluso n hōes proprii
sed subditi, Agricola, Vassalli vocantur.
Et licet quidam subditi Agricola Supetioris

219.
Silesia Duxioris quodammodo sunt conditio;
nō quā Silesia inferioris, attamen et in
Ducatu Oppolienſi et Raſſiborienſi iuribus
liberorum utuntur vid: Ordin: Terreſtr: fol. 55
Diſtinct: 5. Legg: quā libertas tñ eo modo ē
reſtricta, ut reſpectu terre quam colunt, et ratio
re quorundam ſervitiarum perſonalium, itā
sint ſervicti, ut à ſervitute Dñique quis
numquam ſine venia diſcedere poſſint, dict:
fol: 56. Diſt: 9. fol: 59. Diſt: 1. 2. Legg: Et inde
ſi qñderemus ius perſonale et ſervitia quibus Dñis
quis ē obſtricti, nō pro liberis hoīb: ſed quod
dammodo pro ſervis et habendi, quoad cetera
vero quā nō ſervitia Dñis et ſervitudo propria
ſpectant, nō ſed mancipia ſed hoīs liberi, uti
de hoīb: propriis Germania loquitur Mevius
quaſt: 1. n. 51. 52. Nam: lib. 3. c. 2. n. 3. Deo
de Raſſicis noſtris recte aperi potest, qđ de Colonia
ait Joh: de Placca in l. 23. §. 1. C. de Agric:
et Cenſit: Quos liberi nō ſunt quoad culturam
agrorum, à qua diſcedere nō pñt, quoad naturā
vero liberi manent referente Mevio lq: t. n. 33. vid.
Magnif. Dñ. Coccejus in Hypomnem: §. tit: de §. Poſ:
n. 17. nam multo aſtutiori vinculo, quā alii, ſub
dicti Dñis quis ē obſtricti dict: Concl: Dñic: et ſat:
Et hoc igitur concluſo, et quoniam nemo hominum
propriarum p totam ſere Sileſiam in deſervitudinem

220. nos hic vocabulum Subditus in sensu strictiori
retinemus tanquam synonymum hominum propriorum.

S. 4.

Sunt autem Subditi illi, qui domicilio suum
sub aliquo Dño collocant, et alimenter sub eo quæstionem
diut. Carolus. Sinc. et Stat. vel plenius Subditi
Rustici sūt, qui Dñs suis propter fundum quem in-
colunt nō solum ad confectas operas sūt obligati
nō exigē illorum consensu nunquam à fundo vel Dño
discedere pnt; Et hi v. temporarii sūt v. hereditarii
temporarii, qui saltem ad certum tempus in fundo
alicujus Dñi degunt v. g. titulo locati conducti
aut nec inquilini, hereditarii vero, qui et ipsi et
filii illorum ita Dñis et fundo sūt obstricti ut nun-
quam nisi modis infra explicatis ab illis discedere
valeant. Et hi iterum v. hnt prædia empta aut alio
modo sibi facta hereditaria, v. tantum prædium à Dño
sub certo Inventario una cum Inventis, Pecoribus,
frumentis et Instrumentis acceptum tenent; Nam Sci-
endum, qd quavis ab Imperatore Ferdinando t. in
Prefatione Ordinationis operatum Oppolitan: Oppli-
x. Robott. Ordnung Gedato 23. Martii 1550. in-
iunctam, nec qm in Ordin: Terrestri fol: 5. Dist: 1.
insertum sit, qd nulla amplius ejusmodi nō empta;
germanico idiomate *Lehens Güter*, Bohemice
Pravny Stathij prædij esse debeant; attamen hoc
nō in omnibus locis ad effectū perductū ē, sed adhuc hodie
in toto ejusmodi prædia hinc inde reperimus, qd nō solum
modo ex petra, sed in supra allegatū conclusum ipsum et tota

suum defatigant. Inter hos qui hereditaria possident
predia, quidam privilegiati, qui Boleslavo ser-
vare Polni dicuntur. Ordin: Terrer: fol: 55. Dist:

2. Conclus: Comitiorum de A^o 1576. die Mercurii
post fest: Epiphan: cum tota privilegia intacta se
relinquenda. Conclus: Comitiorum de A^o 1604. die
13. Jan: Et saltem ad certas prestationes aut census
tenentur, à ceteris vero laboribus immunes. Et
hinc illis, qui operarii: Polottam: contra distin-
guantur. S. 5.

Originem hujus subjectionis n^o facile quis specia-
tim demonstrare potest. Sane allegatum Conclusum
Primum et Statutum subjectionem ex conventionibus
et pactis cum subditis, provenire ponit. His ver-
bis: Insuper non solum Gulian, Vignis un-
versis, Præfatis unguis gulian, vixit m^ostru-
lunt, etiam quicquid ex conventionibus et pactis
cum subditis initis sit. Sed quibus temporibus
talis modi subiectio coepit, usque adeo clarum n^o est. Ex
historiis vero notum: lectum circa annum salutis
550. Imperio Polonico n^o quertum, inter alia in qua-
dam seu Silesiam progressum, primum Poloniam
Silesiorumq. Ducem et illis, et ab eo tunc usque
ad annum 1159. partim sub Ducibus partim sub
Regibus Poloniam cum Silesia conjunctam mansisse,
docet scilicet post mortem Vladislai 2ⁱ hocce Impe-
rium inter fratrem ejus Boleslaum Crogum et Fi-
lium Boleslaum alium, Michaelum et Conradum
divisum, et Polonia illum ut Regem, Silesia vero
habet Principes proprios consecuta. Schick:

224 Chron: lib: i. c. 19. Munsterus fol: 1240. man-
te itaque Duces Silesia partibus Polonorum addich-
usque dum post varia inter Polonos et Bohemos
dissidia, obstinantissimas causas à Polonis ad
Bohemos sub Rege Johanne Lubenurgico transie-
rint Schick: in Chron: lib: i. c. 28. et 29. lib: 3. c. 16.
pag: 141 Legg: Ut hinc Silesiam antiquitas jure Polo-
nico usum misisse cum Schifordech. in Disput: fore:
lib: i. Tract: 30. qv. 2. fol: 255. Schick: lib: 3. c. 22.
asserere vix e qui dubitet, jam vero qualiter in
Polonia proprii hoies habuerint, et quod ut plu-
rimum. Maxime ad aquas pertinet, nemo est, qui
nescit, quamve duriter de methones et Klepi à No-
bis ibi et proximis in Lithuaniâ tractentur
videre est apud Lansium in Consultationibus suis
Oratione contra Poloniam p. 695. Si itaque propri-
os homines nostram Ducatum, una cum Em-
perio Polonico originem misisse, et tandem donec
Silesia proprios Duces nata à Polonia ad Boh-
emos transierit, durasse, atque subinde paulatim
successu temporis tolerabilioris et melioris condi-
tionis, Principum et Dnorum clementia ac
beniginitate, recepto quoque jure Magdeburgico
Schick: loc: cit: evasisse, atque tandem ad hunc
statum quo nunc liberi accersentur, pervenisse
diceamus, nihil veritati absque abestum iri
putamus, quo modo vero hodie subditi acquirantur,
nunc videndum.

S. 6.

Qua si servitutis constituenda causa eodem in
agricolationis sit: Captivitas nempe, Delictum

Origo seu natiuitas, Contractus et Sententia.
Nam: Lib: 3. C. 5. n. 1. quibus accedunt Nuptie,
contractum Domicilium, emptio, venditio et Pa-
scriptio. Per captiuitatem, quomodo constituitur a-
gricultio, docet idem Auctor dicto toto capite.
Et an Uniuersitas est delicto suo, agricultacionis,
damnari possit: uem giserit dict: Lib: 3. c. 9. No-
tum est de iuribus sum et uniuersitatum hic
agere, ideo ad priuatos nos conferentes, reliquas
subiectionis causas examinabimus.

S. 7.

1. Crimina seu facinorosa seruitute puniri,
cum iure Divino, Canonico, Civili et antiquis pro-
pulum moribus conuenire, demonstrat Nam:
Lib: 3. C. 6. n. 2. leg. nam n. est hodie seruitus
si et iustas n. fuisse C. 8. 8. manebat Dist: 35. siue
enim ob Noe elicitatem siue ob Chanaan in Patrem
contemptum, Chanaan posteris seruire, dicit Polydo-
rus Virgil. de inventor. rer: Lib: 2. C. 2. Conf: Gen:
q. v. 25. Sic est concubinato sacerdotum nati serui,
tale plebunt. C. 3. cum multa. C. 15. q. 8. et concu-
line seu ancilla cum clericis rem habentes venun-
dari iubentur. C. quidam 30. Dist: 87. In grati-
eque nationum solum in pristinum redire debent
statum. L. 2. 3. et ult. C. de liberti. Apud Indos
Lib: 2 Reg: v. 1. Matth: 18. v. 24. et 25. et Romanos.
Coras: Lib: 2. Miscellan: 18. num: 12. nec n. apud
Sapones Landrecht Lib: 3. art: 29. usitatum fuit
ut qui soluendo ne se p. p. ditionibus pro debito
addicerentur; Unde n. hodie, si quispiam crimen

224. tractat, aut gravi me affectit injuria, si in his
quis poenam et satisfactionem se de mihi subiecit
Huffar: tract: de hominibus propriis c. 3. q. 1. p. 22.
subditur fit; ut in tantum ab illis qui jurisdictionem
superiorem hnt, hac poena dicitur advo-
sus libetum hominem, qui aliquod delictum perpetra-
vit, et hoc non capitaliter, sed alia gravi arbitraria
condemnatione veniat puniendum, tunc ille loco
poenae agricolationis subijciatur. Mer: q. 2. n. 101.
Id quod in terris Vilepis et consequenter in Ducatu
Oppoli- et Rattibotilensi si dubium caret; Nam illi
qui graviter peccant contra Sextum et Septimum
Decalogi preceptum, modo tale peccatum non capitale
et delinquentes non aliorum Dominorum subditi faciunt,
poena subjectionis hereditaria puniuntur. Con-
clus: Epam et Statum Anno 1659. 2. Octobr:
typis expressum et publicatum. Quam poenam in
ultra personas vilioris conditionis et ad agrico-
lationem aptas non extendendam esse putat me;
cum et de jure in delictis ille tuat ex parte, qui non
est in ore; 2. fin: ff de in ius vocando et ante
dicta poena non tam ad coercenda delicta, quam
favore agricolationis sit introducta. Sic Nobilis
v. hoc in dignitate constitutus, si ancillam stupra-
verit, non tenetur eam in uxorem accipere. Hipp:
Lytus Bonacopia Tract: de Ser: et famul: q. 20. n. 1.

§. 8.

5. do. Agricolationem in quibus natiuitas quia filii
semper conditionem et statum parentum sequuntur.

[illegible]

Quod ex sola conductione alicujus per
 eum rustici conductor, imò et simplex inquilinus,
 una cum liberis fiat subditi in Vilesia
 dictum Conclufum Ipsum et stat. expulsi possit.
 Affecum hoc subiectis in tamora ducet, dante le-
 cationis conductionis finis expiraverit, & In-
 quilinus alio sum domicilio suum transtulerit
 uti sonat Conclufum Ipsum et stat. in de hysq.
typis expreßum; nobis hic quaestio est: num per
 contractum hereditarius quid fieri possit subditus:
 obstat enim: quod nec rem inestimabilem vili pretio
 vendere presumatur. Tib. Decianus reg. lib. 2. v. 21.
vol. 3. Libertas vero est res inestimabilis. l. 106. de
divers. Reg. Jur. atque infirma estimatio. l. 176.
eodem. Tandem ad h. l. l. 20. et pactum p. ad infra-
gitur libertas liberi hois, & contra bonos mores
et non valet Nam: lib. 3. c. 12 §. 1. imò conventio priva-
ta neque servum quemquam neque libertum ali-
cujus facere potest. l. 21. §. 2. 10. C. de liberali causa
sed magis quam quod, ut supra diximus, subditi
nostri non sunt serviles sed libera conditionis,
non solummodo jure civili ingenuus libertatem
suam vendere poterat §. 4. Inst. de f. p. sed et
jure Divino non impediebatur; Levit. 25. v. 39. &
Deut. 15. v. 12. Jerem. 34. v. 14. inde amplius non
non dubitatur, quemlibet libertatem suam cum sub-
jectione rustica permutare posse, Nev. 9. 2. n. 49.
nam valet pactum ut quis alteri serviat, et ei ob-
stantia praestet. Gail. de Arest. c. 7. n. 6. Sicut enim
in pacto meo cum alteri servitutem praestitit, ita mea
propriam conditionem aggravare possum. Husan.

c. 3. n. 5. quam sententiam tanquam de jure 227.
veritatem sequitur. Nam: lib. 9. c. 12. n. 3. cum
quibusque dictum. Conclusio. Item et statum
de Anno 1652. in verbis: a p[ro]p[ri]o t[er]rito[ri]o per ipsum
Gustavum Vasa[m] und[er] unum p[ro]p[ri]um t[er]rito[ri]um
p[ro]p[ri]um t[er]rito[ri]um m[un]da[m] h[ab]uit p[ro]p[ri]um t[er]rito[ri]um
et conventionibus et factis cum subditis in his
locis in nostris Ducatibus hoc liberos accipere
a d[omi]nis pradia rustica una cum appendentiis
1. sequitur. 2. d[omi]nus: et hinc filii subditi,
quotidiana docet experientia.

§. 10.

4to Fit aliquis subditus et sententia quâ quis
pronunciatur homo aliterius, si quidem hæc quasi
tractus est. Hufan.: c. 3. q. 1. n. 1. atque cum præ
actore comparatur in l. 2. de jurisdictione in d[omi]no pro
veritate R[ati]o. 1. ff. de re jud. idcirco n[on] minus est
sententia quam est tractus aliquis fit subditus.
vig. Mev. q. 2. n. 98. id q[uo]d m[agis] confirmat dict. Concl.
Item et stat. de Anno 1652. Et hanc sententia
stricti juris fit, adeoque strictè interpretanda
l. 15. ff. de except. rei judic. nec regulariter testis
præjudicat, nihilominus t[ame]n novum n[on] est, ut m[agis] testis
contra quem actio n[on] fuit excepta, si nempe ius
ejus ex causa illa ejusque determinatione dependeat
præjudicari possit. Sanger de Except. p. 2. c. 17. n. 77.
Carpz. part. 3. Dec. 154. n. 12. Sententia superinge
nuitate lata quoque aliis præjudicatur. Carpz.
loc. cit. ut p[ro]p[ri]e si pater et frater fuerit per sen
tentiam subditus declaratus, in filium fratre

228. aut Latrones qui apud illos reperiebantur, Lib.
diti habendi tamdiu, donec per viam iuris se
inde liberaverint. Merius gl. 2. n. 100.

S. II.

§. 1. In Germania plerique locis per consuetu-
dinem invaluisse, uti si quis aliunde veniens
dimittat re terram, ubi incolat, et hoc proprium
habitationis et inde percipienda commoditatis
et protectionis intuitu et libero conditionis
seculis fiat, docet Henricus Lib. 1. de Republi.
c. 3. Sect. 6. n. 13. In Silesia idem obtinet, et
non solum ii qui sibi acquirit fundum aliquem
sive ut fiat per emptiorem, permutacionem aut
alium quemcunque modum, et a Dno fundi reci-
piuntur; sed et conductores et nudi inquilini
locum habitatores tandem habentur pro subditis, quan-
diu in isto loco habitant, dicit: Conclus. Spum et Stat.
Annus de Anno 1588. Si enim ex Patto v. tractu
se aliquis potest facere hominem meum, multo magis sta-
tuto. Major enim est huius quam illius ratio. vid.
Stamm. tit. loc. n. 4. S. II.

§. 2. Cum jam extra omnem subordinationis a legem
positum sit, proprios hanc legitimam posse gra-
tiam mitem, quia nempe pro liberis Lib. 1. Tit. 1. Ho-
ne ad Princeps Iust. in usu Moderno de Dupli-
dictum Conclus. Spum et Stat. nec in Criminalis
Ducatus Oppolensis fol. 56. Tit. 8. Uxorem autem
cum marito in consorcio ois vite Divini summa-
rigne juris communicatione viventem L. 1. ff. de R. N.
maiori dignitatem v. coordinationem sequi L. 8. ff. de R. N.

229.
hinc ipsum Conjugium cum Rustico & proprio huius
initium, & modum constituenda servitutis Rustice
in Urbe. Mevius q. 2. n. 145. Et sic si quis suum
subditum alicubi reperit poterit illum unquam
uere vindicare Mev. loc. cit. n. 144. Quod in
limitibus; nam si mulier per errorem persona
& conditionis mariti pro plabe libero se gestantis
inducta fuerit, quia alias e egestia conditionis
tunc invita n. ducitur & cum marito Dño alicui
subiicere. Mev. dict. loc. n. 157 et ibi Sanchez
de Natrim. tom. 2. lib. 1. Disp. 41. n. 3. In Silesia
et in specie in Ducatu Oppolienfi et Rastiborenfi
Dñs subditam suam: sive ancilla sive verna fue-
rit: / qua praeiit Dño, et consensu agnatorum
alterius Dñi subdito nubere vult, nullo accepto
pretio dimittere tenetur, modo à Dño sponsi ami-
cabiliter p. litteras pro dimissione facienda requi-
situs fuerit. Conclus. Item et Stat. de. 1557.
Ordin. Terrestr. fol. et Disp. supradicta, nisi ratio
pe pretiū alicubi locorum consuetudo aliter intro-
duxerit; attamen Ancilla / seu Virgo rustica: /
& verna habens aliquod pradium aut fundum
aliquem, si extra territorium Dñi sui nubere
placuit voluerit, tenetur prius in locum suum
idoneum et Dño acceptabilem hanc substituere;
ancilla in Servitio, & in Servitio usque ad finem
anni permanere, aut aliam in locum suum sub-
stituere debet; Imo si sponsus in loco Domicilii
sui fundum non possidet, et agnitate in ad illum

230. fundum ubi sparsa ejus possessionem habet, à
Dño suo dimittendus ē. dicto Concluso Spum et
Statutum. §. 13.

7^o. Per emptionem & donationem et. Prae ali
cujus aut illi, extra dubium in subiecti in illo lo
co degentes acquiritur. Mer: q: 2. n. 79. Atque
in fine fundi Rustici et totum liberis vendere,
donare aut alio modo alienare quis possit? me
to disquiritur. Nam dum ea quae supra diximus
nempe quod subiecti nostri quoad statum suum tibe
ri confiderantur; et quod ratione operatum tan
tum quod a modo cum veteris comparentur, in se
civili certum est: eos absque fundo in commercio
hōm nō esse, liber enim hōm nō ē in commercio
L: 83. ff. d. s. de Vi. Oblig: et colonus à fundo sepa
rari nō et L. 2. et 7. C. de Agric: et censil: Conve
tudo tñ aliud intelligitur, et quidem si alienatio
cum ipsorum subditorum consensu fit, res est
in salvo, Mer: q: 2. n. 92. et 96. In statutis po
storum Ducatum nihil expressum est, quotidi
ana tñ experientia testatur, nō solum singulas
personas, sed et integras familias ab uno Dñe
alteri v. gratis v. accepto aliquo pro uō pretio o
mitteri. Quod quavis de illis qui proprium fun
dum nō sūt, extra dubium sit. Idem tñ qui emta
v. hereditaria possident praedia, nullo modo in ius
sine modo dñi tibi posse, firmiter statuo. arg:
Dist. 2. et 4. fol. 55. Ordin: Terris

§. 14.

8^o. Ven ultima Agrolationis causa Descriptio

est; nec obstat, quod homo liber sit extra com. 231.
mercium et inde usucapere non possit. l. 1. §. 1. Inst. d. 1. g.
De Usurpat. et Usucap. nam concedimus
hominem liberum per usucapionem servum fieri non pos-
se; Non autem. Quibus, sed manet statu liber
quamvis fiat subditus Agricola, cum quibus
convenit l. 23. §. 1. C. de Agric. et censet. Pro-
scriptione Longi temporis enim Dominus hoc pro-
scribit ad Exemptum Emphyteosis, quafi et
liber ipse et hominis, operas et obsequium
reditusque sui praestantis, voluntate. Alfan.
cap. 3. In. 10. Tempus praescriptionis in dict. l. 23.
est praescriptum sunt 30 anni, Doctores tamen ex l. 20. prin.
Cod. eodem concludunt: ex 10. annis continuis
praesumptionem pro Domino oriri, quod homo, qui per
tam longum tempus in fundo habitavit operasque
rusticas praestitit constet, subditus sit, Alfan.
loc. cit. Nov. g. 2. n. 114. Quia vero hoc tempus
sufficiens praesumptionem iuris inducit, ideo adju-
endus est sufficiens, si offerat probationem, quod
alia quam Servitutis causa, forte est nuptia,
et; Libertate, adprocer, pro certa mercede, est
errore, et simili operas exhibuerit. Varqu. illustr.
controvers. Lib. 1. c. 83. n. 18. Post 30. annos
autem plane praescribitur, et sic ille qui per hoc
longissimum tempus cum antecessoribus suis
Servitia rustica praestiterit, ipse et ejusdem poste-
ri Libertati manent, et libertatem allegantes plane
naudiuntur. l. 18. l. 23. §. 1. C. de Agr. et censet.

232. id quod in confirmacione est sepe allegato Conclusio
Quam et stat: de re offi. ubi in specialiter
conclusum: quod Subditi, qui 10. annos con-
tinuos a Sede Synodali. et Monasteriensis, sub
alio Dno Domicilium quiete et sine interrup-
tione habuerunt, a Dno, cuius vindicari ampu-
is p debent, et illi quiete relinquendi sint,
si decem anni vero in subsequenti Spum ex
Statutum. Conclusio Anno 1680. die 2. Octobris
typis expresso sic restricti sunt: ut si a nquam
modus constituenda subjectionis, a die publica-
ta Sacerdum curiam incipiant; Familiari vero,
et qui pro mercede operis praestiterunt, praestitum
est, nisi alia accedat causa vel conventio Sacerdotum
Sine: resp: d. n. 70. Ceterum p. Nov. 8. C. S. meritis
et potestati publicis adhibetur operibus, quam
legem eterna in usum revocare optat Heideius
2. q. 27. Seco. S. 15.

Et jam dictis patet; in quibus haec Subditi
cum polanis Romanis fuerint, nempe Coloni
i. subant ex pacto vel stipulatione in publicis
cum instrumentis reactiva, et Subditi hostes
ex pacto vel contractu fuerint. 2o. Nescitur
et originem vocabatur. 2. 7. 11. 12. Ceterum
Subditi in rescriptis 3to praesentantur 30. annis,
sic et hunc subditi. 4to. Maxime liberi ac
funes in discedere non potuerunt. 5. 2. 23. C. S. Ceterum
et hunc et hunc Subditi quoque 5to. rescriptis
addit, 2. 15. 16. 17. C. S. Ceterum et hunc et hunc
colabant, subditi etiam.

libertas autem hominum fideiutorum indigebit
 num eluere; Quod participes sint ejusdem furis
 communis cum alijs civibus Romanis, sed de servis
 punitus apud nequid. Dr. Styk in Ulp. Mod. 4. l.
de Statu hom. l. 6. et de actus civiles celebrare
int, proterquam eos a quibus specialiter p. statutum
aut p. p. d. inem probantur exclusi; Proinde qui
 dicit hominem propriam ab hac v. illo actu remouendum
 esse, hoc est cipientem probare oportet. Ulam: l. 1.
D. C. 12. n. 2. Dr. species vero t. matrimonij inquit
ubi in g. l. 1. Dr. regulariter requiritur Ordin.
Terrest. fol. 56. Dist. 1. et 14. 2. Bonact media
hereditario iure possident, fol. 55. Dist. 1. Conclus.
ipsum et Stat. de 4. 1152. 3. eadem vendere
int fol. 55. dist. 2. quanticunque potuerint fol.
eodem dist. 9. 4. sibi ipsi acquiritur, et 5. De
acquisitis tam inter vivos quam mortis causa
disponunt. Dict. Conclus. ipsum et Stat. 6. Testa
menta condunt, Conclus. Comitorum de Anno
1565. Die Luna post festum s. Margarethe. 7. abin
testato sibi in herem succedunt tam in mobili
bum quam immobiliibus vid. modo dictum Conclus.
Comitorum 8. Liberos in patria potestate int,
tunc g. l. 1. parentum in g. l. 1. in g. l. 1. in g. l. 1.
requiritur fol. 56. dist. 14. 9. Personam statim
in iudicio int, et 10. accusare int fol. 58. dist.
1. et 2. 10. et ipsi iudices et et et iudicio
g. l. 1. debent iudicia illorum Conclus. Comiti. de
Anno 1572. conf. Ordin. Terrest. fol. 59. titulus de
pupillis. 11. Testimonia petunt fol. 57. dist. 5.

234. et ab aliis, in illis personis impetrant, §. 89. dist. 12. Quid autem singulare est, et alibi locum in reperiatur; Hi haec agricola in nostris Duobus, ubi in actio finium secundorum prodest adhibetur, tenentur vestibus Superioribus ad indusium usque exuti, et nudi pedibus in fossa ad mensuram brachii ulna profunda, genua flexa, capite occipitem gerentes, nullaque arma imò nec cultum penitus habentes, in finibus litigiosis iuramentum se ponere. Ordin. Testest. fol. 41. dist. 9. tit. Fidei iurantes esse valent, fol. 57. dist. 7. §. 77.

Effectus Subjectionis. seu Agrolationis confiscentur, & regni Domini & regni Subditi; Respectu Domini consistat partim in faciendo, partim in amittendo; eadem ratione quoque ex contemplatione Subditorum. §. 78.

Officium Domini omittendo in eo potissimum consistit, ut ne Subditi suos Legio verberibus aut vinculis afficiat, sed more Christiano cum illis procedat. Ordin. Testest. fol. 57. dist. 11. Gravis enim asperitas Domini iam Divi Antonini Constitutione coartatur. L. 1. in fin. ff. de his qui sui vel liberi iuris st. et divus Dominus receperit, ne avaritiam quae Levitiam, famem et intolerabilem injuriam generetur, his scilicet Levitis: qui iusti deprecantur, imò divus Hadrianus umbricam quendam matronam in quinquennium relegavit quod ex levissimis causis ad illas affligi solet tractat. L. 2. ff. eod. Liberi igitur hoc durioris

conditionis hodie, quam olim Legi esse debent. 235.
Nam: Lib. 3. c. 55. n. 4. 2do. Ne illos imensis
et in consuetis laboribus et intolerabili opera-
tum extractione aggravet aut contra illorum privi-
legia, si qua hinc, duriter agat, Conclus. Camer-
acensis d. d. 15. Jan. 1654. nam et opera in ge-
neralitate, a subditis debita sunt Dni, nec
sunt nimis aggravari, nec reduci ad arctissimum
boni viri Sturm: ad L. 3. in princ. ff. de Operar.
Lib. 1. 3tio. Aliorum Dnorum subditos aut
famulos sine abiectione vel litteris dimissionis
nec recipiat, neque acceptos quocumq. modo occultet
Aut. Ferret: fol. 59. dist. 1. 2. et 3. Conclus. Camer-
acensis: de Anno 1649. 11. Aug: 1654. et 1664. die
29. Martii Conclus. ipsum et Stat: de Anno 1652.
Nam: d. L. c. 24. n. 22. S. 19.

Effectus Agricolationis vero in faciendis respectu
Dni, 2. recipiunt ejus utilitatem, 2. in quanda m
aggravationem. S. 20.

Quod ad utilitatem Dni spectat; 1. si tanquam
fructus Jurisdictionis percipit 1. a Scult. et
liberis, Camponaribus, Molitoribus et: qui pradia
sua vendunt, decimam partem pretii Ordin:
Terrest: fol. 55. dist. 2. 2do. Eodem modo a filiis
subditorum qui officia aliqua adipisci cupiunt,
pro impetrata venia percipit a quolibet decem
marcas. Dist: fol. 55. dist. 6. 3tio. Si quis sine
venia Dni, subdito pecuniam crediderit, pradium

236. ab eo emerit, aut si mina agro illius in se
omnis pecunia aut omne frumentum, ad D^{no}
tangulam canoniam cadit, et ipse subditus tale quid
tentand, multa n^oc quinq^{ue} marcas D^{no} sol
vere tenetur. fol: cod: dist: 4. 4^{to} Si ancilla infans
D^{no} extraneo nupserit, illius tam materna
quam paterna bona D^{no} cedunt, et ille qui istam
Ancillam seduxit, D^{no} decem marcas solvit,
fol: 56. dist: 14. 5^{to} Si filius & filia Rustici sub
diti, a fundo Dⁿⁱ auferant et intra annum
et septem annos n^o redierit, eorum, earumque
bona, quae ad illos illoque post patris & matris
obitum spectarent, Dⁿⁱ sunt. fol: 56. dist: 15.
6^{to} Multam pecuniariam subditis Dⁿⁱ sui, pro
ut illi necessarium visum fuerit, imponere, solvendo:
8. ss. 7^o Pro libere dimisso talibus relictio
nem tanquam fructus iurisdictionis percipere
conatus. Ann. exstat. de Anno 1609. 8^o Ore
tas debitas a subditis exigere, q^{uo} nec non fili
os filiarque eorum, si plures habuerint et sine
illis oeconomia sua praesepere potuerint, ad servi
tia sua, pro iusta mercede, pro aliis accipere, q^{uo}
mino iure est, fol: 55. dist: 9. Item D^{no} 11. Subdi
tum quam qui sibi n^o placet, in omni causa, ut ven
dat praedium cogere, atque si vendere noluerit
& notam fecerit, per homines iuratos praedium ta
stare et vendere, & ipse met. secundum taxam regi
nere, fol: 55. dist: 11. atque tardem 11. fugitivos
vindicare potest, fol: 59. dist: 2. et 3.

Cum quadam aggragatione & in comoditate vero
incumbit Dno, s. Subditorum quorum iura carta
pactaque conservare, innovationes n. admittere,
sed ipsos in antiquis libertatibus, iuribus et privi-
legiis tueri, Gaili. de Artest. Imp. c. 8. n. 12. prefestim
cum in nostris Ducatibus, ad faciendum, statuta
plurimas praebeant occasiones: Nam nemini sub-
ditas aut famulos in ullo loco arrestare licet,
antequam eos coram Dno illorum accusaverit, et
iustitia illi denegata fuerit, fol. 43. Dist. 1. fol. 44.
Dist. 2. 3. 4. Imo si Subditus in civitate aliqua
illius vel insolentias alias perpetraverit, tunc
equidem in carcerari potest, Dno tñ extrahendus
est omni aliqua alia multa, fol. 44. Dist. 1. et, si
homicidium aut aliud delictum capitale com-
miserit, atque in loco delicti captus fuerit, tunc
equidem ibi poenam tueri, sed nihilominus, ante-
quam Dno tradere certior factus fuerit pro-
prios criminales contra illum institui n. debet,
fol. 44. Dist. 2. neque eum, in foio Domino
longius trahatur, fol. 54. Dist. 9. Si vero in loco de-
lictii apprehensus erit, tunc nullibi nisi in loco co-
muni accusari potest, fol. 44. Dist. 2. quo casu
aliquando, ad instantiam Actoris, Dno deman-
dari solet: ut iudicium impariale attribuas
civitatis conveniant, et huius iudicio causam
comittant, aut delinquentem iudicio alicuius
civitatis ostant, uti Sanctum in Carolus. Comit.
Anno 1624. die 28. Febr. ceterum in Subditi pro

238. rebus et pecoribus atque jumentis, quas est oe-
conomia sua vendunt, & in ad usum suum equum
nullum Felionium seu Vectigal dare tenentur,
fol. 58. Dist. 2. Conclus. Comition. de anno 1654.
die 13. Jan. et 1656. 15. Jan. et: 3. Dni officium
e pupillis subditorum suorum sufficienter provide-
re, ne illis ex bonis, que jure ad illos devoluta
sunt aliquis percat, sed potius ut augmentetur.
fol. 59. Tit. de pupillis. nec non 3. Lusus et
aliam suam in fundo suo interficere et inhi-
bere, ne subditi bona sua dilapident, et una cum
uxoribus et liberis suis ad inopiam vergant.
fol. 56. Dist. 13. et 15. §. 22.

Horum itaque et aliorum plurium Beneficio-
rum memores, subditi tanto alacrioris ad propa-
dandam opem esse debent, et quidem in omittendis
se gerere; ne quis committant, quod quovis modo
honorem, dignitatem, Statum, et estimationem
Dni cadere possit. Nam: Tit. 3. c. 18. n. 2. arg.
can: sibi Domino Dist. 63. Etque persona
Dni ipsius honesta et sancta videri debet. L. 9. ff.
de Offic. a. lictor. et usan: c. 6. n. 4. Libertus Sano-
rum suum in jus vocare, nisi prius edicti ve-
nia petita, prohibebatur. Verum cum personae
ille ex Leg. 12 tabul. et hoc mos, privata ductio
se in jus vocandi vel detorto collo ad iudicium
trahendi hodie peritus esse verit. Magnif. Dni
Arch in usu moderno ff. tit. de in ius vocato
§. 4. et hinc cessante privata illa in ius vocat.

lione, simul veria impetratio cesset. Nihil, 239.
ominus. 1^o Subditos Dñm suum ñ ex quavis
levigula sed ñ nisi sufficienti causâ in Jus vo-
care debet, si ñ poenam iudicis incurtere velit.
Ordin: Territel fol: 58. Dist: 3. Et Dñs super-
nus Capitaneus Territelis, ñ quavis Subdito-
rum querelas recipere, et illis credere dignatur.
Conclus: Comitior: de Anno 1684. Di: 13 Jan.
2^o Subditus tenetur Honorari Dñi hoc tribu-
ere, ne in eum intentet actionem famulosam, pu-
ta de dolo, furto, et similibus, quatenus sit men-
tio Tit: 1^o de his qui notati infam: sed de iactura
fauoris mentione nudum factum simpliciter
non ferre debet. Hufan: dict: c. b. n. 14. 3^o
ñ debet Dñi sui affirmationem, caput atque for-
tunas petere, cuius Dñio inhæret, idque huius po-
na de capitulationis L. penult: C. qui accusi ñ pnt
et hinc Dominum ñ deferre nec, criminaliter
accusare potest. id. L. penult: Excepto solo cri-
mine lase Majestatis, ubi hoc specialiter per-
missum est. id. L. penult: 4^o Dñm suum ñ
apud Majestatem Regiam, Regiam officio Capi-
taneus Territelis accusare debet. Ordin: Territel
fol: 58. Dist: 1. et 2. 5^o Prædia sua, sine con-
sensu Dñi sui alienare, aut alieno gravare aut
agradationi locare ñ valet fol: 55. Dist: 7. con-
feratur Conclus: Comitior: de Anno 1685. n. 4. nec
6^o Testamentum absque Domini consensu

240 facere, Concluf. Comit. de anno 1565. Die lune
post festum s. Margarithe, aut 7.^o aliquem peregrin-
num in fundum recipere illi fas est, fol. 5. Conf.
8.^o Obium gregem ultra in Dist. 5. fol. 55. Testi-
ficatum numerum habere, ubi et Q^{uo} in cap. de
regali Testimonij multam alicui dictare fol. 39.
Dist. 15. prohibetur, et tandem 10. Dominum
aut fundum deserere et aufugere Subdito nullo
modo licet, atq. Dist. 10. et 15. fol. 56. Dist. 3. et 4.
fol. 59. quod illi sub poena capitali interdictum
Concluf. Comit. de anno 1601. Die 29. April. 1601.
et 1602. die 19. Ianu. S. 23.

Effectus Agitationis respectu Subdito-
rum in faciendo, e ordinarius u. extraordina-
rius, extraordinarius e, cum hoc Subditi una
cum D^{no} suis bellicas expeditiones tempore
necessitatis subire coguntur, Concluf. Terrest.
de Anno 1577. Die Mercurij post festum s. Michaeli-
tis et de Anno 1576. de Jovis post festum Epiph.
nec n^o D^{no} ad velut inimicos atque in vasos
Suppetias ferre. Ordinarius vero e. ut reveren-
tiam et obsequium, id e exhibitionem honoris
et pietatem de templo liberti erga patrum
Domino suo præscent, nec n^o operas, quas D^{no}
debent, fideliter exhibeant. Nam: Tit. 9. c. 21.
n. 1. quæ opera sermone germanico Robotta
a Polonico Robotta, item Frofmanus quasi
Servitia sacra dicuntur; suntque vel Reales.

personales, illa sūt quae sumptibus Patrimonii expediuntur, quae in censibus potissimum praestatione consistunt. Præcluti quod pro mensura agrorum certa pecunia sumam, aliquot frumenti modios, anseres et gallinas s. Vilberti Zinn, s. Othtrud Zinn, videt. Rariss. Funer. s. Piper m. et id genus alia per singulos annos probere coguntur, cuiusmodi praestationes in veterum Diplomatum honorantia vulgo, Zinn quæ dicuntur. Haec vero quae corporalis laboris intentione perpetuantur, præcluti, ut agrorum Dni excolant arando, fruges in horreum convellant, fenum in agros, frumenta in urbes vicinas exportent, ligna tam καὶ ὅτι quam ἐπὶ τοῖς ἔργοις adificiis extruendis necessaria advehant, et si quæ sūt similes opera, quod si solum agros fecerit, lignaque sumptibus edere coguntur, qui equos aut boves, aratores aliosque pnt, qui appellantur Castra, et opera ipsa ἐκ τῶν, reliqui quibus in agris facultate sūt, ut sūt hortulani, operas expediunt sicutat manuales, puta legem amectunt, fruges flagellis cistipula extolunt, ligna secant, literas alio perferunt, in venatione Dni auxiliium praestant et communes sūt utrique ex cubia, quas tñ nisi periculosis temporibus verius ē, quamquam alio fere iure utimur. Henel. in Silesiograph. c. 6. cc. fin. §. 27.

Quae opera pro cuiusvis loci aut villa consuetudine valde variant, nam quamvis ab Imperatore Ferdinando t. gloriosissimo memoris in Anno 1564 die 29. Martii, Ordinatio operum nostris Ducatibus

242. Data sit, in obdiceretatem agrotum in statu
ratioque operum à laudato Imperatore in
dulta fuit in dicta Ordinatione. S. Chylus un
Vffusilius, dimissil gignantur Roball. Cui
hinc. hinc hodie potissimum est ita dictis
Urbatus et specialiter subditis concessis. Cui
legis addiscenda sunt; quae de causa in illis
finiendis tempus n. teremus, unicum hoc ad
dentes. Quod Superior, tametsi subditi n. con
querantur, iuris t. rationem habens frequen
tibus clamoribus illorum excitatus, est Nobili
suo officio inquirere, cum duplicantur latere
oppressis, cum Nosc in auxilium venire, Cui
p. c. leg. et ne plus a quo et bono sub specie hui
tutorum illicitis exactionibus vexentur, et in
iuris a Dno suo indebitè afficiantur, providere
debeat et possit. vid. Stan. Lib. 9. c. 43. n. 2.

§. 25.
Jam nobis viderem, si subditus contra legis
prohibitionem à Dno v. fundo discesserit aut au
fugerit, quibus modis Dnus eum recuperare
possit. Videndum autem 1.^o Num ad subditum fuit
in actu fuga. 2.^o An post fugam arrestam
sit vacatundus nec alibi certas fixas res sedes
habeat, aut 3.^o post fugam ab alio possideatur.
Primo et secundo casu valere apprehensionem
propria auctoritate à Dno factam docet Gail. de
Arrestis c. 8. n. 17 qd in concedit dictum Conclusum
Prim et Stat. de Hanc 1652. si nempe sine tumultu

fieri potest; Consultius tñ ē ut a Domino
fundi ubi deprehenditur, venia petatur abducer
si hominem suum. Item: c. 25. n. 3. praesertim in
Ducatu Cypoliensi et Rattiboricensi per Conclufum
Comitiū de Anno 1664 sub poena Fiscalī, pro
pria auctoritate subditum suum ex alieno fundo
abducere prohibitum. **S. 26**

Superiori casu autem subditus a possessore vel
Magistratu loci vindicatur. Gal. loc. cit. Item.
fol. 5. qui resistit iuramentum nequaquam
denegare debet dict. Concluf. cum et Statutum.
In Ducatibus nostris Dñs sequentem in modū
subditum suum vindicat: Misit duos homines
fide dignos: qui et subditi ee pnt: et quidem qua
